

www.e-rara.ch

M. T. Ciceronis Epistolarum volumen, earum quae familiares olim dictae, nunc rectius ad familiares appellantur

Cicero, Marcus Tullius

Augustae Munatianae, 1620

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-28569>

Ciceronis epistolarum ad Plancum, & alios, liber X.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

pectatio a consulatus tui: quæ ita longa est, ut optandum sit ut possimus ad id tempus reipub. spiritum ducere. Quæ potest enim spes esse in ea rep. in qua hominis impotentissimi atq; intemperantissimi armis oppressa sunt omnia? & in qua nec senatus, nec populus vim habet ullam? nec leges ullæ sunt, nec iudicia, nec omnino b simulacrum aliquod aut vestigium civitatis? Sed quando acta omnia mitti ad te arbitrabar, nihil erat quod singulis de rebus scriberem. Illud autem erat amoris mei (quem à tua c pueritia susceptum, non servavi solum, sed etiam auxi) monere te, atque hortari, ut in temp. omni cogitatione curaque incumberes. quæ si d ad tuum tempus perducitur, facilis gubernatio est: ut perducatur autem, magnæ tuæ diligentia est, tum etiam fortunæ. Sed & te aliquanto antè, ut spero, habebimus: & præterquam quòd reip. consulere debemus, tamen tuæ dignitati ita fauemus, ut omne nostrum consilium, studium, officium, operam, laborem, diligentiam, ad e amplitudinem tuam conferamus. ita facillimè & reip. quæ mihi carissima est, & amicitia nostra, quam sanctissimè nobis colendam puto, me intelligo satisfacturum. f Furnium nostrum tanti à te fieri, quantum ipsius humanitas & dignitas postulat, & nec miror, & gaudeo: teque hoc existimare volo, quicquid in eum iudicii officiique contuleris, id ita me accipere ut in meipsum te putem contulisse. Vale.

ARG Excusat se, quòd in senatum ad agendâ Planci causam non venerit: & officium suum pollicetur in illis rebus quæ presentiam suam requirere videntur.

EXCU-

a Erat enim Plancus consul designatus cum D Bruto: ut Antonium & Dolabellam sequeretur Hirtius & Pansa, Hirtium & Pansam Plancus & Brutus. b Ep. 14. l. 4. c Epist. 3.

d Ad eum annum, quo eris consul.

e Ep. 3. l. 5.

f Planci legatum. ep. 8.

g Idè aliis verbis, ep. 10. l. 3. & 1. l. 10. ad Att.

Excusatoria.

Cicero s. D. Planco Imp. c o s.
def.

2

*a Ep 2 l. 12.**b Propter Antonii consulis arma. Vide Philippic. 2.**c Respondet ad illud, tutò, & honestè.*

MEUM studium honori tuo pro necessitudine nostra non defuisset, si aut *a* tutò in senatum aut honestè venire potuissem. sed nec sine periculo quisquam, liberè de rep. sentiens, versari potest in summa impunitate *b* gladio: nec nostræ dignitatis videtur esse, ibi sententiam de rep. dicere, vbi me & melius & propius audiant armati, quàm senatores. Quapropter in priuatis rebus nullum neque officium neque studium meum desiderabis: ne in publicis quidem, si quid erit in quo me interesse necesse sit, vnquam deero. ne cum periculo quidem meo, dignitari tuæ. In iis autem rebus, quæ nihilo minus, vt ego absim, confici possunt, peto à te vt me rationem habere velis & *c* salutis & dignitatis meæ. Vale.

ARG. Accupatur benevolentiam Planci, partim laudibus, partim commemoratione veteri amicitia: & hortatur vt remp suscipiat, veritus id quod accidit, ne se cum Antonio coniungeret.

Hortatoria.

Cicero s. D. Planco Imp. c o s.
def.

3

a Prasæti laudes, vt peritus militis, iustitia studiosus, prudens in omni actione sit.

CVM ipsum Furnium per se vidi libentissimè, tum hoc libentius, quòd illum audiès, te videbar audire. nam & in re militari *a* virtutem, & in administranda prouincia iustitiam, & in

& in omni genere prudentiam mihi tuam exposuit: & præterea mihi non ignotam in consuetudine & familiaritate suauitatem tuam adiunxit: præterea, summam erga se a liberalitatem. quæ omnia mihi iocunda, hoc extremum etiam gratum fuit. Ego, Plance, necessitudinem constitutam habui cum domo vestra antè aliquanto quàm tu natus es, amorem autem erga te ab incunte b pueritia tua, confirmata iam ætate familiaritatem, cum studio meo, tum iudicio tuo constitutam. his de causis mirabiliter c faueo dignitati tuæ: quam mihi tecum statuo esse communem. Omnia summa consequutus es, virtute duce, comite fortuna: eaq; es adeptus adolescens, multis inuidentibus, quos ingenio industriaque fregisti. nunc me, amantissimum tui, d nemini concedentem, qui tibi vetustate necessitudinis potior possit esse, si audies, omnem tibi reliquæ vitæ dignitatem ex optimo reipub. statu acquires. Scis profecto, (nihil enim te fugere potuit) fuisse quoddam tempus, quum homines existimarent te nimis e seruire temporibus. quod ego quoq; existimarem, si te ea quæ patiebare, probasse etiam arbitrarer. sed, quum intelligerem quid sentiret prudenter te f arbitraber videre quid posses. Nunc alia ratio est omnium rerum. tuum iudicium est, idque liberum. consul es designatus, optima ætate, summa eloquentia, maxima g orbitate reip. virorum talium. Incumbe, per deos immortales, in eam curam: & cogitationem, qua tibi summam d gnitatem & gloriam afferat. v nus autem est, hoc præsertim tempore, per tot annos reipub. demerata, reipub. bene gerendæ

a Humanitatē
potius quàm
largitionem, si-
gnificat, vt ep.
9. l. 1. & 9. l. 5.
b Epist. 1.

c Lib. 2. ep. 15.
dixit, eadem
sententia, Ca-
sarē honestum
esse cupio.

d Eodem modo
loquutus est l.
4. ep. 3 & epist.
29. huius libri.

e Qui fuerat C.
Casari amicus.
ep. 23. & lega-
tus. Caesar De
bel Gal & De
bel ciu.

f Excusatio,
qua incitatio-
nis vim habet.

g A necessitate
te, & reip. tempore.

curfus ad gloriam. Hæc amore magis impulsus scribenda ad te putavi, quàm quòd arbitraret te monitis & præceptis meis egere. Sciebam enim, ex a iisdem te hæc haurire fontibus, ex quibus ipse hauseram. Quare modum faciam. hoc tantùm significandum putavi, vt potius amorem tibi b ostenderem meum, quàm ostentarem prudentiam. Interea quæ ad dignitatem tuam pertinere arbitror, studiosè diligentèrque curabo. Vale.

a Ex iis scilicet libris, quib. ad laudem præcepta traduntur.
b Testis ari amore, dixit ep. 4. l. 2.

ARG. Agit gratias Ciceroni, quòd eum ad verissimam gloria studium cohortatus sit: seq. in reip. potestate totum fore pollicetur.

Responsoria ad hortatoriam.

Plancus s. D. Ciceroni.

a Tua manu, quum alioqui amanuensi uti soleres.

b Qua prima legitur in hoc libro.

c Tres amoris te officium, ne minimum quidem, sine maxima culpa causa. ideo dividor posse præterire. in quo tuendo habeo causas pluras, vel c paterna necessitudinis, vel mea à pueri pro plurimis

nostris necessitudinibus.

d De tua animo ex meo iudico, Ex animo meo tuum specto.

GRATISSIMÆ. mihi tua litera fuerunt, quas ex Furnij sermone a te scripsisse animadverti. ego autem præteriti temporis excusationem affero, quòd te profectum audieram, nec multo antè redisse scivi, quam ex b epistola tua cognoui. Nullum enim in c tua observantia, vel tui erga me mutui amoris. Quare, mi Cicero, quod mea tuæque patitur ætas, persuade tibi te unum esse, in quo ego colendo patriam mihi consistam. Et ita omnia igitur tua consilia mihi non magis prudentia plena (quæ summa est) videntur, quàm fidelitatis, quam ego ex mea conscientia d memior. Quare, si aut aliter sentirem, certè admonitio tua me reprimere: aut si dubitarem, hortatio impellere possent.

sec. v.

set ut id sequeretur quod tu optimum putares. Nunc verò quid est quod me in altam partem trahere possit? quacunq; in me bona sunt, aut fortuna beneficio tributa, aut meo labore parata, etsi à te propter amorem carius sunt aestimata, tamen vel inimicissimi iudicio tanta sunt, ut, præter à bonam famam, nihil desiderare videantur. Quare hoc unum tibi persuade, quantum viribus emittis, consilio providere, auctoritate movere poteris, hoc omne reip. semper futurum. Non est ignotus mihi sensus tuus: neque si facultas, optabili mihi quidem, tui presentis esset, unquam à tuis consilii discreparem: nec nunc committam ut ullum meum factum reprehendere iure possis. Sum in expectatione omnium rerum, quid in Gallia b ceteriore, quid in urbe Ianuario mense c geratur, ut sciam. interim maximam hic sollicitudinem curamq; sustineo, ne inter aliena vitia ha gentes nostra mala suam putet occasionem. Quod si d proinde ut ipse mereor, mihi successerit: certè & tibi, cui maxime cupio, & omnibus viris boni satisfactionem. Fac valeas, meq; mutuo diligas.

ARG. Hic quoq; Plancum ad suscipiendam tuendamq; temp. gloria stimulus incitat.

Hortatoria.

Cicero s. D. Planco Imp. c o s. des. 5

BINAS à te accepi literas eodem exemplo: quod ipsum argumento mihi fuit diligentia tua. Intellexi enim te laborare ut ad me tuæ expectatissimæ literæ perferrentur: ex quibus cepi fructum duplicem, mihiq; in cōparatione difficilem ad iudicandum, amoremne erga me suum, an animum in temp. pluris æstimandum

a Quam adeptus fortasse non sum. quum ea gesserim Cesare dominante.

b Cui præerat. D. Brutus.

c A novis consulibus. qui Catian. magistratum inibant.

d Et Proinde & Perinde veteres dicebant, eadem significatione. Tusc. i. & alibi.

Binas literas, non duas, dicit, & , Duas epistolas, non binas, nescire puto neminem.

X 2 puta-

a Verè: non tamen plus amoris. nam patria & parentibus, & liberis, non modò amicis, in amore præfertur. itaq, l. 1. de off. Omnes (inquit) omnium caritates una patria complebitur.

b Suprà, ep. 3. virtute duce, comite fortuna.

c Quòd ea ob amicitia Casaris videatur assequutus. ep. seq.

d Quà suscepto reip. patrocinio, in ilis apud omnes bonos. idè infra, ep. 19.

putarem. Est omnino patriæ caritas, meo quidem iudicio maxima, sed amor voluntatisque coniunctio plus certè habet à suauitatis. Itaque commemoratio tua paternæ necessitudinis, benevolentiaque eius quam erga me à pueritia contulisses, cæterarumque rerum quæ ad eam sententiam pertinebant, incredibilem mihi lætitiâ attulerat. Rursus declaratio animi tui, quem haberes de rep. quemque habiturus esses, mihi erat iocundissima: eoque maior erat hæc lætitiâ. quòd ad illa superiora accedebat. Itaque te non horro solùm, mi Plance, sed planè etiam oro (quod feci iis literis, quibus tu humanissimè respondisti) vt tota mente omnique animi impetu in reip. incumbas. Nihil est quod tibi maiori fructui gloriæque esse possit. **N**EC quicquam ex omnibus rebus humanis est præclarior, aut præstantius, quàm de rep. bene mereri. adhuc enim patitur tua summa humanitas & sapientia, me, quod sentiam, libe è dicere. Fortuna suffragante videñs res maximas consequutus. quod quanquam sine *b* virtute non potuisses, tamen ex maxima parte ea quæ es adeptus, fortunæ *c* temporibusque tribuuntur. his temporibus difficillimis, reip. quicquid subuenieris, id erit totum & proprium tuum. Incredible est omnium ciuium, latronibus exceptis, odium in Antonium. magna spes in te & in tuo exercitu, magna expectatio. cuius. per deos, *d* gratia gloriæque caue tempus amittas. Sic moneo, vt filium: sic faueo, vt mihi: sic horro, vt & pro patria, & amicissimum. Vale.

ARG. Quum Plancus, literis ad senatum scriptis, pacem cum Antonio suasisset, suadet Cicero ut pacem armis potius quam pactione querat, & ut se à societate maiorum civium aliquando seiungens, totum ad remp. transferat.

Diffuasoria.

Cicero s. D. Planco Imp. c. o. s.
def.

6

QVÆ loquutus est Furnius a noster de a a Planci lega-
nimo tuo in remp. ea gratissima fuerunt tus, Ciceronis
senatui, populoque R. probatissima. quæ autem studiosissimus.
recitatae sunt literæ in senatu, nequaquam *epist. 11. l. 8 & 1.*
consentire cum Furnii oratione visæ sunt. Pacis e- *& 8. huius li-*
nim auctor eras, quum b collega tuus, vir cla- bri.
rissimus, à foedissimis latronibus obsideretur: b D. Brutus,
qui aut, positis armis, pacem petere debent: aut, quem M. An-
si pugnantes eam postulant, victoria pax, non ronius Mutina
pactione, parienda est. Sed de pace literæ vel c obsidebat.
Lepidi, vel tuæ, quam in partem acceptæ sint, c Postea quoq;
ex viro optimo, fratre tuo, & C. Farnio poteris pacem suasisit.
cognoscere. Me autem impulit tui caritas, ut, Vide literas e-
quanquam nec tibi ipsi consilium deesset, & ius publicè
fratris Furniique benevolentia, fidelisque missas, ep. 26. &
prudencia tibi præsto esset futura, vellem ta- 34.
men meæ quoque auctoritatis pro d pluri d Tres enume-
mis nostris necessitudinibus præceptum ad te rat ep. 14. l. 4.
aliquod peruenire. Crede igitur mihi, Plan-
ce, omnes, quos adhuc gradus dignitatis con-
sequutus sis, (es autem adeptus e amplissi- e Ep. 3. & 4.
mos) eos honorum vocabula habituros, non
dignitatis insignia: nisi te cum libertate po-
puli R. & cum senatus auctoritate coniunxeris.

X 3

Sciun-

a Argumentū à spe gloria ductum. cōsulem enim fieri, ita praeclarum est, sicōsulare munus pro dignitate ac salute reip. sustinetur.

Seiunge te, quæso, aliquando ab iis, cum quibus te non tuum iudicium, sed temporum vincula cōiunxerunt. *a* Complures in perturbatione reipublicæ cōsules dicti: quorum nemo consularis habitus, nisi qui animo extitit in reip. consulari. Talem igitur te esse oportet, qui primum te ab impiorum civium, tui dissimillimorum, societate seiungas, deinde, te senatui bonisq; omnibus auctorem, principem, ducem præbeas: postremo, ut pacem esse iudices non in armis positis, sed in abiecto armorum & seruitutis metu. Hæc si & ages & senties, tum eris non modò consul & consularis, sed magnus etiam consul & consularis: sin aliter, tum in istis amplissimis nominibus honorum non modò dignitas nulla erit, sed erit summa deformitas. Hæc impulsus benevolentia scripsi paulo seuerius: quæ tu in experiendo ea ratione quæ te digna est, vera esse cognosces. XIII. cal. Apr.

ARG. Exponit cur breuior sit hæc epistola, & cur studium suum in reip. serius patefecerit: suamq; dignitatem Ciceroni commendat.

Responsoria ad exhortatoriam.

Plancus Imp. Co s. des. Ciceroni s. D. 7

a Cur. non statim post obitū Cæsaris pro libertate arma cepim.

PLURA tibi de me a consiliis scriberem, rationemq; omnium rerum redderem verbosius, quo magis iudicares omnia me reip. præstitisse, quæ & tua exhortatione excepi, & mea affirmatione tibi recepi: (non minus enim à te probari, quàm diligi, semper volui: nec te magis in culpa defensorē mihi paravi, quàm predicatorē

morose.

meritorum meorum esse volui) sed brevior me dum res faciunt: una, quod publicis literis omnia sum persequutus: altera, quod M. Varisidum, equitem Romanum, familiarem meum, ad reipsum transire iussi, ex quo omnia cognoscere posses. Non mediisidius mediocri dolore afficiebar, quum alij occupare possessionem laudis viderentur: sed usque mihi temperavi, dum perducere eam rem, ut dignum aliquid & a consulatu meo & vestra expectatione efficerem. quod spero, si me fortuna non defecerit, me consequuturum: ut maximo praesidio reipub. nos fuisse, & nunc sentiant homines, & in posterum memoria teneant. A te peto ut dignitati meae suffrageris: & quarum rerum spe ad laudem me vocasti, harum fructu in reliquum facias alacriorem. non minus posse te quam velle, exploratum mihi est. Fac valeas, meque mutuo diligas.

a Quem gestu-
rus erat, hinc
post, quum iam
a Casare ad
Parthicum bel-
lum iturus, desi-
gnatus esset cum
D. Bruto sed
ob civile bellum
consulatum non

ARG. Causas assert, quibus adductus non ita mature, ut homines expectabant, defensorem se publica libertatis professus sit: deq. exercitu suo & statu provinciae significat.

Excusatoria, Narratoria.

Plancus imp. c o s. def. s. d. C o s. praet.
trib. pl. s. p. p l. Q. R o

a Velleii verba
sunt lib 2, Plā-
cui du, quarū
esset partiu. se-

S I cui forte videor diutius & hominum expectationem, & spem reipub. de mea voluntate tenuisse suspensam, huic prius excusandum me esse arbitror, quam de insequenti officio quicquam velle pollicendum. non enim praeteritam culpam a videri volo rednisse, sed o- prima mentis cogitat a iam pridem, maturo tempore e- nuntiare. Non me praeteribat, in tanta sollicitudine ho- minū, & tam perturbato statu civitatis, fructuosissimam suscipio.

cum luctatus,
senatus se lite-
ris venditans,
mox eiusdem
proditor.

Nunc, quum
temp. tuendae

esse professionem bona voluntatis : magnosq; honores ex
 a Quam eo loco ea re complures consequutos videbam. sed, a quum in
 oca res essent. cum casum me fortuna demississet, ut aut, celeriter pol-
 b Al. magna licendo, b magna in spe ad proficiendum impedimen-
 tibi ipse. ta opposerem, aut, si in eo mihi temperauissem, maiores
 occasiones ad opitulandum haberem : expeditius iter
 communis salutis quam mea laudis, esse volui. Nam
 qui in ea fortuna, qua mea est, & ab ea vita quam in
 me cognitam hominibus arbitror, & cum ea spe quam
 e Quali ser- in manibus habes, aut e sordidum quicquam pari,
 mitur est. aut perniciosum concupiscere potest? sed aliquantum
 d Hoc necesse nobis temporis, & d magni laboris, & multa impensa
 est referri ad opus fuit, ut, qua reip. boniq; omnibus polliceremur,
 illud, Opus exitu praestarem, neque ad auxilium patriae nudi
 fuit. non enim cum bona voluntate, sed cum facultatibus accederem.
 Aliqua- mus. Confirmandus erat exercitus nobis, magnus saepe
 rum, coniungi pramiis sollicitatus, ut ab rep. potius moderata, quam
 potest ergo non ab uno infinita, speraret. confirmanda complures ci-
 rell' e in quibus sinitates, qua superiore anno largitionibus concessioni-
 dam libris, O busq; pramiorum erant obligata: ut & illa vana pu-
 pus fuerunt. tarent, & eadem a melioribus auct' oribus petenda exi-
 Meus etiã li- stimarent. e elicienda etiam voluntates reliquorum,
 ber, & duo Si- qui finitimis provinciis exercitibusq; praesuerunt, ut po-
 goniani ha- tius cum pluribus societatem defendenda libertatis ini-
 tent, fuit. remus, quam cum paucioribus f. funestam orbi terra-
 e Al. allicienda. rum victoriam pareremus. Muniendi verò nomet ipsi
 f Difficilior. n. fuimus, aucto exercitu, auxiliisq; multiplicatis, ut,
 pauci victoria, cum praeseremus sensus aperte, tum etiam inuitis qui-
 quam multis. busdam, sciri quid defensori essemus, non esset periculo-
 g. Ut hac ad e- sum. Itaque nunquam dissitebor, multa me, g. ut ad
 xitum consilia effectum horum consiliorum peruenirem, & simulasse
 perducerem. inuitum, & dissimulasse cum dolore: quod pramatura
 denuntiatio boni civi imparati quam periculosa esset,

ex casu a collega videbam. Quo nomine etiam C. a D. Bruti.
 Furnio legato, viro fori atque firenuo, plura etiam qui, nondū fir-
 verbo quam scriptura, mādāta dedimus, ut & rectius mo exercitu,
 ad vos perferrentur, & nos essemus tutiores: quibusq; munitus, præ-
 rebus & communem salutem muniti, & nos armari maturè suam
 conueniret, præcepimus. ex quo intelligi potest, curam voluntatè stu-
 reip. summa defendenda iam pridem apud nos excuba- diūque erga
 re. Nunc, quum deūm benignitate ab omni re simus remp. aperue-
 paratiores, non solum bene sperare de nobis homines, rat. Itaq; Mu-
 sed exploratè iudicare volumus. Legiones habeo b tina obsessus à
 quinque sub signis, & sua fide virtuteg; reip. coniun. M. Antonio,
 simas, & nostra liberalitate nobis obsequentes: provin- & seipsum &
 ciam omnium ciuitatum consensu paratissimam, & remp. in dis-
 sionna contentione ad officia certantem: equitatus crimen addu-
 auxiliorūque tantas copias, quantas hægentes ad de- xit
 fendendam suam salutem libertatēque conficere pos- b Quatuor me-
 sunt. Ipse ita sum animo paratus vel prouinciam tue- morat ep. 13.
 ri, vel ire quò resp. vocet, vel tradere exercitum, auxi-
 lia, prouinciāque, ut vel omnem impetum belli in me
 conuertere non recusem, si modo meo casu aut confir-
 mare patria salutem, aut periculum morari possim.
 Hac si iam c expeditis omnibus rebus, tranquillōque e Antonio ad
 statu ciuitatis, polliceor in damno mea laudu, reip. com- Mutinā prosti-
 modo latabor: sin ad societatem integerrimorum & ma- gato in quo
 ximorum periculorum accedam: consilia mea æquis iu- disceptare vi-
 dicibus ab obrectatione inuidorum defendenda com- delatur omnis
 mendo. mihi quidem ipsi fructus meritorum meorum fortuna reip.
 in reip. incolumitate satis magnus est paratus. Eos infra ep. 10.
 verò qui, meam auctoritatem & multo magis vestram
 fidem sequuti, nec ulla spe decipi, nec ullo metu terreri
 potuerunt, ut commendatos vobis habeatis, petendum
 videtur. Vale.

ARG. *Suum studium erga remp. pra se fert: modeste dignitatem suam commendat: quid egerit, quid acturus sit, exponit: qualem ducat exercitum, significat.*

Plancus Imp. c o s. def. s. D. Cicroni. 9

a Siquidem ea praesto qua sum pollicitus.

Nihil a me tibi temere scripssisse, aut de ceteris de frustra recepisse, lator. certe hoc maius habes testimonium amoru mei, quomaturus tibi quam ceteris, consilia mea volui esse nota. in dies vero meritorum

b Eodem modo meorum fieri **b** accessiones, peruidere te spero, cognituro loquutus est ep. rum magis recipis. Quod ad me attinet, mi Cicero, (ita r. lib 2.

c Qua praestare tur) si honores praemiaque vestra suscipio, conferenda videtur omnibus certe cum **c** immortalitate, ut sine his nihil de meo studio perseverantiaque sim remissurus. Nisi in multitudine

d Tacite petit diu optimorum civium impetus animi mei fuerit sinhenoru acces- gularu, & opera praecipua, d nihil ad meam dignitasiones, inf. ep. 17 tem accedere volo suffragatione vestra. concupisio au-

e Et quorē potem nihil mihi, contra quam ipse pugno. sed & e temre, & quib. ho- poru & rei te moderatorem facile patior esse. **N I H I L** uoribus ornan aut sero aut exigue à patria cuius tributum potest videri

f Infrā, ep. 24. ieci. magnis itineribus Vienna equites mille via bre-

g Qua tria in uiore praemisi. ipse si à Lepido non impediatur, celeritate exercitus requi satisfaciam: sin autem **f** in itinere meo se opposuerit, runtur. Infrā ad tempus consilium capiam. Copias adduco **g** genere, & numero, & fidelitate firmissimas. Te, ut diligas me, ep. 16.

h Pro, scis, in si mutuote facturum **h** scis, rogo. Vale.

antiquo libro

scriptum est,

ARG. *Laudat Plancum de optima voluntate, studioque iuanda reipub. praemiaque illum à senatu honorificentissima sperare vult: operamque in eo suam pollicetur: & hortatur ut egregie pergat in rep. tuenda.*

ms, non, etc.

COHOR.

Cohortatoria.

Cicero s. D. Planco Imp. C. O. S.
d. c. f.10 a Ep. 27. l. 11.
b Ad Mutinā.

ETSI satis ex Furnio nostro cognoveram, non, delibera-
 quæ tua voluntas, quod consilium de rep. rum, sed, confe-
 esset, tamen, lectis tuis literis, a liquidius de etum Liu. l. 28.
 toto sensu tuo iudicavi Quamobrē, quanquam decernere pū-
 in vno prælio omnis fortuna reipub. disceptat gnā.

(quod quidem, quum hæc legeres, iam b decre- c Aberat v-
 tum arbitrabar fore) tamen ipsa fama, qua de terque consul.
 tua voluntate percrebuit, magnam es laudem quum ad bellū
 consequutus. Itaque, si c consulem Romæ ha- contra Anto-
 buissemus, declaratum esset à senatu cum tuis nium exissent.
 magnis honoribus, quàm gratus esset conatus d Adhuc enim
 & apparatus tuus. Cuius rei non modò non conatus tantū
 præterit tempus, sed ne d maturum quidem audiunt: expe-
 etiam nunc, meo quidem iudicio, fuit. IS ENIM Etatur ipsa
 denique honos mihi videri solet, qui non pro- res.

pter spem futuri beneficii, sed propter magna e Tantū enim
 merita claris viris deferunt & datur. Quare, sit voluntatem
 modò aliqua resp. in qua honos elucere possit, Plancus osten-
 omnibus, mihi crede, amplissimis honoribus derat: ut, si-
 abundabis. IS AVTEM qui verè appellari po- quidei tribue-
 test honos, non e inuitamentum ad tempus, retur, inuita-
 sed perpetuæ virtutis est præmium. Quamob- mentum, non
 rem, mi Plance, incumbere toto pectore ad lau- præmium vi-
 dem: subueni patriæ: opitulare collegæ: o- deretur esse.
 mnium gentium consensum & incredibilem f Noti. n. alter
 conspirationem adiuua. me tuorum confi- alteri tam pri-
 liorum adiutorem, dignitatis fautorem, omni- dem: sumus. Sic
 bus in rebus tibi amicissimum fidelissimum- etiam loquun-
 que cognosces. Ad eas enim causas, quibus in- tus est in præ-
 ter nos amores sumus, offensus, f vetustate, ep. 22.

copiun-

eoniuncti, patriæ caritas accessit, eaq; effecit vt
tuam vitam anteferrem mex. 4 cal. Apr.

ARGVMENT. *Gratias agit pro officiiis qua in ipsum Cicero conculerat : & de suo studio erga remp. omnia pollicetur.*

Grati animi testificatoria, Nuntiatoria.

Plancus s. D. Ciceroni.

II

Sic, immortaliter gaudeo, pro vehementissime.

IMMORTALES ago tibi gratias, agamque dum
viam : nam, relaturum me, affirmare non possum.
tantis enim tuis officiiis non videor mihi a respondere
a Cicero dixit, posse : nisi forte (vt tu grauissime disertissimeque
assequi meri- scripsisti) ita sensurus es, vt me referre gratiam putes,
ta, ep. 4 l. 1. quum memoria tenebo. Si de filij tui b dignitate esset
b Sacerdotium actum, amabilius certe nihil facere potuisses. Prima
videtur signi- tua sententia infinitu cum muneribus, posteriores ad
ficare : de quo tempus arbitriumq; amicorum meorum composita, o-
in epistola ad ratio asidua & perpetua de me, iurgia cum obtrecta-
M. Brutum. torius propter me, notissima mihi sunt. non medio-
c Quas mei de- cius adhibenda mihi est cura vt reip. me ciuem di-
fendendi atq; gaum tuis laudibus prestem, in amicitia tua memo-
ornandi par- rem atque gratum. Quod reliquum est, c tuum
res iam susce- munus tuere, & me, si, quem esse voluisti, cum exitu re-
pisti, eas ne de- busq; cognoscis, defende ac suscipe. Quum Rhodanum
pone. copias transiecissem, fratremque cum tribus millibus
d Qui non es- equitum pramissem, ipse iter ad Mutinam dirige-
sent erga rep. rem, in itinere de pralio facto, Brutoque & Mutina
bene animati, obsidione liberatis audiui. Anima aduerti nullum alium
furiosi diceba- receptum Antonium, reliquiasq; qua cum eo essent,
zur, & insani. habere, nisi in his partibus : duasq; ei spes esse proposti-
infra, eadem e- tas, vnam Lepidi, ipsius alteram exercitus : quod qua-
pistola : & sape dam pars exercitus non minus. d furiosa est, quam
in Philipp. qui cum Antonio fuerunt. Equitatum remouit ipse in
Akobre-

Allobrogibus conſtituti, ut proinde ad omnia paratum eſſem ac res me moneret. Si nudus huc ſe Antonius conferet, facile mihi videor per me ſuſtinere poſſe, remq; publicam ex veſtra ſententia adminiſtrare, quanv̄ ab exercitu Lepidi recipiatur: ſi verò copiarum aliquid ſecum adducet, etſi a decima legio veterana, qua noſtra opera reuocata cum reliquis eſt, ad eundem furorem redierit: tamen, ne quid detrimenti fiat, dabitur opera à me idq; me praſtaturum ſpero, dum iſtinc copia tranſſiciantur, coniunctiq; nobiſcum facilius perditos opprimant. Hoc tibi ſpondeo, mi Cicerone, neque animum neque diligentiam mihi deſuturam cupio: me hercules b nulla reſidua ſollicitudinem eſſe: ſed, ſi fuerit, nec animo, nec benevolentia, nec patientia cuiuſquam pro vobis cedam. Do quidem ego operam ut etiam Lepidum ad huius rei ſocietatem incitem: omniaq; ei c obſequia polliceor, ſi modò temp. reſpicere volet. ut in hac re adiutoriuſ interpretib; ſuis, fratre meo, & Laterenſe, & Furnio noſtro, non me impediunt d priuata offenſiones, quo minus pro reip. ſalute etiam cum inimicis ſiſto: mo conſentiam. Quòd ſi nihil profecero, nihilominus maximo ſum animo, & e maiore fortasſe cum mea gloria vobis ſatisfaciam. Fac valeas, meque mutuo diligas.

a Cuius erat præcipua fortitudo militauerat autē in Gallia cum Caſare.

b Nullus eſſe belli reliquas, Antonio ad Murinā ſuſo.

c Omnibus in reb. me fore in tua poteſtate. ep. 4. l. 5.

d Vide infra, ep. 15. 18. & 20.

e Quia gloria ſociū nō habeo.

ARG. Significat, quàm grata ſenatui fuerint eius literæ de apparatu ſtudiorq; defendenda reip. quidq; ex eius literis actum ſit: & hortatur eum ad recuperandam libertatem.

Hortatoria.

Cicero s. D. Planco Imp. c o s. def. 12

ETſi reip. cauſa maximè gaudere debeo, tãtum ei te præſidii, tantum opis attuliſſe a

a Quā ab interitu non longè a abeſſet.

extremis penè temporibus: tamen ita te victorem complectar repub. recuperata, vt magnam partem mihi lætitiæ tua dignitas affert: quam & esse iam & futuram amplissimam intelligo. Caue enim putes vllas literas vnquam gratiores, quàm tuas, in senatu esse recitatas. idq; contigit tum *a* meritorum tuorum in temp. eximia quadam magnitudine, tum verborum sententiarumque grauitate. quod mihi quidem minimè nouum, qui & te nossem, & tuarum literarum ad me missarum promissa meminissem, & haberem à Furnio nostro tua penitus *b* consilia cognita: sed senatui maiora visa sunt, quàm erant expectata: non quòd vnquam de tua voluntate dubitasset: sed nec, quantum facere posses, nec, quò progredi velles, exploratum latis habebat. Itaque quum ad vi r. id. Apr. manè mihi tuas literas M. Varisidius reddidisset, easque legissem, incredibili gaudio sum elatus. quumque magna multitudo optimorum virorum & ciuium me de domo deduceret, feci continuo omnes participes meæ voluptatis. Interim ad me venit *c* Munatius noster, vt consueuerat: & ego ei literas tuas ostendi nihil dum enim sciebat: nam ad me primum Varisidius: idque sibi à te mandatum esse dicebat: paulo post idem mihi Munatius eas literas legendas dedit, quas ipsi miserat, & eas quas publicè. placuit nobis, vt statim ad *d* Cornutum prætorem vrbis literas deferremus, qui, quòd consules aberant, consulare munus sustinebat more maiorum. Senatus est continuo conuocatus, frequensque conuenit propter famam atque expectationem tuarum literarum,
 recitatis

a De quibus ea
 litera loque-
 bantur. infra,
 ep. 16. & 19.

b Qua matu-
 rius, quàm aliq;
 cognouerat.

c Placi cognatus. nã Placius
 Munatorum
 cognomen.

d Sulpicia gē-
 nis. Absentibus
 consulibus præ-
 torum prima
 dignitas. Phil.
 14. in extremo.

recitatis literis, oblata religio Cornuto est, pul-
 satorum admonitu, non satis diligenter eum
 a auspiciis operam dedisse: idque a b nostro
 collegio comprobatum est: itaque res dilata est
 in posterum. Eo autem die magna mihi fuit
 pro tua dignitate contentio cum c Seruilio.
 qui cum gratia effecisset, vi sua sententia prima
 pronuntia retur: frequens eum senatus reliquit,
 & in alia omnia discessit: meaque sententia,
 quae secunda pronuntiata erat, quum frequens
 assentiretur senatus, rogatu Seruili P. d Titius
 intercessit. Res in posterum dilata. venit para-
 tus Seruilius, Ioui ipsi iniquus, cuius in e tem-
 plo res agebatur. hunc quemadmodum frege-
 rim, quantaque contentione Titium interces-
 sorem abiecerim, ex aliorum te literis malo
 cognoscere: vnum hoc ex meis: senatus gra-
 uior, constantior, amicioi tuis laudibus esse non
 potuit, quam tum fuit. Nec verò tibi senatus
 amicioi, quam cuncta ciuitas. mirabiliter enim
 populus R. vniuersus, & omnium generum or-
 dinumque consensus ad liberandam repub.
 conspirauit. Perge igitur, vt agis: noménque
 tuum commenda immortalitati: atque hae om-
 nia quae habent speciem gloriae, collecta ina-
 nissimis splendoris insignibus, contemne, bre-
 uia, f fugacia, caduca existima. VERVM
 DECVS in virtute positum est, quae maximè
 illustratur magnis in temp. meritis. Eam fa-
 cultatem habes maximam: quam quando
 complexus es, tene, & perface vt ne minus resp.
 tibi, quam tu reip. debeas. me tuae dignitatis
 non modò fautorem, sed etiam amplificatorem
 cognosces. id tum reipub. quae mihi est mea g
 vita

a *Auspiciato. m.*
senatus habe-
batur.

b *Augurum.*
ep. 4. l. 15.

c *Isaurici filio,*
qui cōsularum
eum Cesare
gesserat.

d *De hoc Titio.*
Dio l. 46.

e *Senatus. m.*
in templis ha-
bebatur: & Io-
uis templum e-
rat in Capito-
lio.

f *Vide scholia.*

g *Phil. 13.*
Idem fere alio
verbi ep. 24. d
9. in extremo.

vita carior, tum nostræ necessitudini debere me iudico. Atque in his curis, quas contuli ad dignitatem tuam, cœpi magnam voluptatem, quòd bene cognitam mihi T. a Munatii prudentiam & fidem, magis etiam perspexi in eius incredibili erga te benevolentia & diligentia. 3. id. Apr. Vale.

a Quam neque hic neque supra fratrem appellet, suspicor cognatum potius quàm fratrem esse L. Planci: etsi non me praterit, T. Munatii L. Planci oratoris fratrem à Pediano nominari.

ARG. Scribit de S. C. in suam sententiam factò, ad augendam Planci dignitatem: hortaturq; ut Antoniani belli reliquias conficiat.

Hortatoria.

Cicero s. d. Planco Imp. c o s.
def.

13

V T primùm potestas data est augendę dignitatis tuę, nihil pratermissi in te ornando, quod positum esset aut in præmio virtutis, aut in honore verborum. Id ex ipso S. C. poteris cognoscere: ita enim est perscriptum, ut à me de scripto dicta sententia est: quam senatus frequens sequutus est summo studio, magnoque consensu. Ego, quanquam ex tuis literis, quas mihi misisti, perspexeram te magis iudicio bonorum, quam a insignibus glorię delectari: tamen considerandum nobis existimaui, etiam si tu nihil postulares, quantum tibi à rep. debetur. Tu b contexes extrema cum primis, qui enim M. Antonium oppresserit, is bellum confecerit, itaque c Homerus non Aiacem, nec Achillem, sed Vlyssæm appellavit πτολιπτολεον. Vale.

a Honoribus à senatu decretis.

b Id est, bellum iam magna ex parte à consilibus profligatum, ipse conficiet, inf. à ep. 19. & 20.

c Iliad. A.

ARG.

ARG. Laudat Plancum de subsidio reip. ferendo: & hortatur, ut Antonium ad Mutinam fufum persequatur ac perdat.

Hortatoria.

Cicero s. D. Planco imp. C O S. *Prot.*
 def. *P. C. quia Lepidus*

O GRATAM famam biduo ante a victo-
 a *Mutinensem*
 riam, de subsidio tuo, de studio, de celeri-
 Antonio fu-
 tate, de copiis. Atqui, etiam hostibus fufis, spes *gato.*
 omnis in te est. fugisse enim ex prælio Mutinē-
 nensī dicuntur notissimi latronum duces. E S T
 autem nō minus gratum extrema delere, quàm
 prima depellere. Equidem expectabam iam
 tuas literas, idque cum multis: sperabamque et-
 iam Lepidum, reip. temporibus *b* admonitum,
 tecum & reip. satis esse facturum. In illam igitur
 curam incumbere, mi Plance, ut ne qua scin-
 tilla teterrimi belli relinquatur. quod si erit fa-
 ctum, & reip. diuino beneficio affeceris, & ipse
 æternam gloriam consequere. I I I. id. Maij
 Vale.

*b Presenti pe-
 riculo: quo boni
 ciues ad opem
 patria ferenda
 impelluntur.*

ARG. Nuntiat quid ad opprimendum Anto-
 niūm paret.

Nuntiatoria.

Plancus s. D. Ciceroni imp. I S

H I S literis scriptis, qua postea accidissent, scire te,
 c *Infrā, ep. 20.*
 id reip. putavi pertinere. c Sedulitas mea, ut
 spero, & mihi, & reip. tulit fructum. namq. assiduis in-
 ternunciis cum Lepido egi, ut, ommissa omni contentione,

Y a reconci-

- a *Suprà, ep. 2.* a reconciliataq; voluntate nostra, communi consilio rei-
 & *infra, ep.* pub. succurreret: se, liberos, urbem, pluris quam unum
 18. & 21. perditum, & abie Turnq; latronem putaret: obsequio-
 b *Quis iã pra-* que meo, si ita faceret, ad omnes res abuteretur. Pro-
 lio *Mutinensi* feci itaq; per lateransem internuntium: fidem mihi
 fractus erat dedit, se Antonium, si prohibere sua prouincia non
 Antonius. potuisset, bello persequuturum: me, ut venirem, co-
 piatq; coniuugerem, rogauit, coq; magis, quod & An-
 c *Epist. 3. li. 10.* ronus ab e equitatu firmus esse dicebatur, & Lepidus
 & *10. lib. 12.* ne mediocrem quidem equitatum habebat. nam etiam
 ex paucitate eius, non multis antè diebus, decem, qui
 d *Dum Lepi-* optimi fuerant ad me transierunt. Quibus rebus ego
 dus bene de cunctatus non sum, in d cursu bonorum consi-
 rep sentiret. liorum Lepidum adiuuandum putau. Aduentus meus
 quid profecturus esset, vidi: vel quod equitatu meo
 e *Infrà, ep. 21.* exercitus Lepidi eam partem, qua e corrupta est, & ab
 f *Plinius Isa-* rep. alienata, & corrigere & coercere presentia mei e-
 ram *Rhodano* exercitus possem. Itaq; in Isara, s flumine maximo, quod
 comparat, 13. in sinibus est Allobrogum, ponte uno die factò, exerci-
 c. 4. tum ad I I I I. id. May traduxi. Quum verò mihi
 nuntiatum esset, L. Antonium, praemissum cum equi-
 g *Quinq; no-* tribus & cohortibus, ad Forum Iulij venisse: fratrem
 minantur ep. cum equitum quatuor milibus, ut occurreret ei, mis
 8. huius libri, ad prid. id. May: ipse maximis itineribus cum g qua-
 quatuor ep. 13. tuor legionibus expeditis, & reliquo equitatu subse-
 lib. 11. quar. si nos mediocri modo fortuna reip. adiuuerit: &
 h *Decimi Bru-* audacia perditorum, & nostra sollicitudinis hic finem
 te. *Gallia cisal-* reperiemus. Quòd si latro, praecognito nostro aduentu,
 pina praefecti. ficiam occurrere ei: cui scio nec consilium nec animum
 defuturum. Ego tamen, si id acciderit, fratrem cum e-
 quitatu mittam, qui sequatur, Italiam à vastatione
 defendas. Fac valeas meq; mutuo diligas.

ARG. *Gratissima fuisse Planci literas, maxime q̄
opportunas significat ei q̄ auctor est, ut in rebus tam
subitus consilium senatus ne expectet, ipse à sese consilium
capiat.*

Nuntiatoria. Hortatoria.

Cicero s. d. C. Planco.

16

Nihil a post hominum memoriam glorio-
sius, nihil gratius, ne tempore quidem i-
pso opportunius accidere vidi quam tuas, Plan-
ce, literas. redditæ sunt enim, frequenti senatu,
Cornuto, quum is frigidæ sanè & inconstantes
recitasset literas Lepidi. sub eas statim recita-
tæ sunt tuæ, non sine magnis quidem clamo-
ribus. quum *b* rebus enim ipsis essent, & studiis
beneficisque in rempub. gratissimæ, tum erant
gravissimis verbis, & sententiis. Flagitare sena-
tus institit Cornutum, ut referret statim de tuis
literis, ille se considerare ait velle quum ei ma-
quum conuicium fieret cuncto à senatu, quin-
que tribunis pleb. retulerunt. *c* Seruilius roga-
tus rem distulit. ego eam sententiam dixi, cui
sunt assensu ad vnum ea quæ fuerit, ex S. C. co-
gnosces. Tu quanquam consilio non eges, vel
abundas potius, tamen hoc animo esse debes,
ut nihil huc reiicias, néve in rebus tam subi-
tis, tamque *d* angustiis à senatu consilium pe-
tendum putes, ipse tibi sis senatus. quocun-
te ratio reip. ducet, sequare cures ut antè factum
aliquid à te egregium audiamus, quam futurum
putarimus. Illud tibi promitto, quicquid erit à
è factum, id senatum, non modò ut fideliter,

a Quæd memi-
nisse homines
possunt.

b Vide eandem
sententiam su-
pra, ep. 12. & in
frâ, ep. 19.

c Aduerte etiã
tribunos pl. ius
referendi ad
natiu habuisse.
qua de re Gel-
lias l. 14. c. 7.
d Spatium ne-
gantibus mit-
tendi ad sena-
tum.

etiam vt sapienter, factum comprobaturum
Vale.

ARG. Presentem belli statum describit, cum excu-
satione fratris a se dimissi, & commendatio re sua digni-
tatis.

Nuntiatoria, Commendatoria.

Planc. imp. s. D. Ciceroni.

17

Epist. 18. 33. &
54. & ep. 10. l. 11.

a Vrbe Gallia
Narbonensis
Mela. lib. 2.

b Nisi quid ab
ipso peccatum
sit.

c Vt qui equi-
zum turmis
praesset. supra.
epist. 15.

d Hirij & Pa-
sa qui Muti-
aensis pugna pe-
riera ut, infra.
ep. 33.

e fide profidei,
ut die pro diei.
fide illius & societatis in republ
Gell. l. 9. c. 14.
f Vide scholia.

ANTONIUS idibus Maij ad Forum Iulij cum pri-
mis copiis venit. Ventidius bidui spatio abest a^b eo.
Lepidus ad forum Voconij castra habet: qui locus a^a
Foro Iulij quatuor & viginti millia passuum abest:
ibiq; me expectare constituit. quemadmodum ipse mihi
scripsit. Quod si omnia mihi b^b integra & ipse, & for-
tuna seruauerit: recipio vobis, celeriter me negotium ex-
sententia confecturum. Fratrem meum, a^asiduis la-
boribus c^c concursationibusq; confectum, grauiter se
habuisse, antea tibi scripsit. sed tamen, quum primum
posse ingredi capit, non magis sibi, quam reipub. con-
ualuisse se existimans, ad omnia pericula princeps esse
non recusabat, Sed ego eum non solum hortatus sum,
verumetiam coegi isto proficisci: quod illa valitudine
magis conficere se, quam me rueri posset in castris: &
quod acerbissimo d^d interitu consulum rempubl. nu-
datam, tali ciue praetore in urbanis officiis indigere e-
xistimabam. Quod si quis vestrum non probabit, mihi
prudentiam in consilio defuisse sciat, non illi erga pa-
triam fidelitatem. Lepidus tandem, quod ego desidera-
bam, fecit ut Appellam ad me mitteret, quo obside e
rer studium in ea resuum mihi L. Gellius, de tribus
fratribus, f Segauiano probauit: quo ego interprete no-
uisime

uissimè ad Lepidum sum usus. amicum eum reipub. cognoscere uideor: libenterq; ei sum testimonio, & omnibus ero, qui bene merètur. Fac ualeas: meq; mutuo diligas, dignitatèmq; meam, si a mereor, tuearis, sicut ad huc singulari cum beneuolentia fecisti. Vale.

a Epist. 7.

ARG. Narrat, quibus de causis ad Lepidum profiscatur.

Nuntiatoria.

Plancus s. D. Ciceroni.

18

QVID in animo habuerim, quum b Leuius b *Infra, ep. 21.*
 Neruaq; discesserunt à me, & ex literis quas eis
 dedi, & ex ipsis cognoscere potuisti, qui omnibus rebus
 consiliisq; meis c intersuerunt. Accidit mihi, quod ho- c *Epist. 6. lib. 1.*
 mini à pudenti & cupido satisfaciendi reipubl. bonuq; d *Qui timet in*
 omnibus accidere solet, ut consilium sequeretur periculo- f *famiam. ep. 23.*
 sum magis, dum me prolaarem, quam tutum, quod
 habere posset obrectationem. Itaq; post discessum e e *Leui, & Ner*
 legatorum, quum Linus continuis literis & Lepidus u. a.
 me ut venirem rogaret, & f L. Aterensis multò etiam f *Infra, ep. 23.*
 magis, propè implorans, obtestaretur, non ullam rem a-
 liam extimescens quàm eandem quàm mihi quoq; facit g *Vide qua scri*
 timorem, g varietatem, atq; infidelitatem exercitus e- p *psit ipse Lepi-*
 ius: non dubitandum putauì quum succurrerem, meq; dus *infra, ep. 35.*
 communi periculo offerrem. Sciebam enim: h & cau- h *At etfi.*
 tius illud erat consilium, expectare me ad Isaram, dum i *Milites enim*
 Brutus transiceret exercitum, & cum collega consen- p *pari gradu*
 riente, i sicut milites faciunt, hostibus obuiam ire: ta- m *mul contra ho-*
 men, siquid Lepidus bene sentiens detrimenti cepisset, s *tes eunt.*
 hoc omne assignatum iri aut pertinacia mea, aut ti- k *Suprà, ep. 11.*
 mori uidebam, si aut hominem k offensum mihi, con- & *15. & infra*
 stitutum cum reipub. non subleuassent, aut ipse à certa- ep. 28.

a Nulla sua culpa : rex in, que ipse non contraxit. sic ad Q. fr. lib. 1. ep. 1.

Al. copias suis nondum contractis. h. Al. periculis.

c Pl. lib. 7 c. 43.

d De Lepido si de non prorsus bene sperat supra ep. 13. & 14.

e Ep. 21. lib. 19.

& 13. lib. 11.

f Collega. ep. 8.

20. & 22.

mine belli tam necessarym remouissim. Itaq; potius pericari uult, si possem mea presentia & Lepidum tueri, & exercitum facere meliorem, quam nimis cautus uideri. Solitiorum certe hominem a non suis contractu ueni em puto fuisse. nam qua res nullam habebat dubitationem, si exercitus Lepidi ab sit, ea nullo magna affert sollicitudinem, magnumq; habet casum. mihi enim si contigisset, ut prior occurrerem Antonio non meherculo horam, consitisset: tantum ego & mihi co. fido, & sic h. perpulsas illas copias, Ventidiiq; emulionis castra despicio. Sed non possum non exhorrescere, si uid intra curam subest uulneris, quod prius d. nocere potest, quam sciri curariq; possit. sed certe, nisi uno loco metaremur, magnum periculum ipse Lepidus, magnum ea pars exercitus adiret, qua tene de repub. sentit. magnam etiam perdit hostes accessionem sibi fecissent, si quas copias a Lepido abstraxissent. qua si aduentus meus represserit, agam gratias fortuna constantiq; mea, qua me ad hanc experientiam ex. itauit. Itaq; ad xii. cal. Iun. ab e. Isara castra moui: pontem samentem, quem in Isara feceram, castelli duobus ad capita positi, reliqui, praesidiq; ibi firma posui: ut uenienti f. Bruto, exercituiq; eius sine mora transiret effectus paratus. Ipse, ut spero, diebus octo, quibus has literas dabam, cum Lepidi copias me coniungam. Vale.

ARGV. Officium Planci in actione gratiarum sibi fuisse gratissimum fatetur: hortaturque, ut ad extinguendas belli reliquias omni studio insisteret.

Horatoria.

Cicero

QUANQVAM a gratiarum actionem à te non desiderabam, quum te re ipsa atque animo scirem egisse gratissimum: tamen (fatendum est enim) sui t ea mihi periocunda, sic enim vidi, quasi ea quæ oculis cernuntur, me à te amari. Dices, Quid antea? Semper quidem, sed nunquam illustrius. Literæ tuæ mirabiliter gratæ sunt senatui cum rebus ipsis, quæ erant gravissimæ & maximæ, fortissimi animi, summiq; consilij, tum etiam b gravitate sententiarum atque verborum. Sed, mi Plance, incumbere, vt belli extrema perficias. in hoc erit summa, & c gratia, & gloria. Cupio omnia iam d defatigatus, non multo plus faueo patriæ quam tuæ gloriæ: cuius maximam facultatem tibi dij immortales, vt spero dedere: quam completere, obsecro. Qui enim Antonium e oppresserit: is hoc teterrimum bellum periculosissimum, quæ confecerit. Vale.

a *Trilus modis erga benemeritos officio fungimur gratiarum actione, re ipsa animo.*

b *Vide eandem sententiam supra, ep. 121*

c *De animo dicitur scissus autem de corpore scribit Fronta.*

d *Supra, ep. 10.*

e *Supra, ep. 17.*

ARG. *Tetit, vt de Lepidi fide significet, verum à rep sit. an se cum Antonio coniunxerit: & hortatur ad belli reliquias opprimendas.*

Hortatoria.

Cicero s. d. Planco.

17

ITA erant omnia, quæ istis afferebantur, incerta, vt, quid ad te scriberem, non occurreret, modicum, quæ si vellemus. f. hoc non re- de Lepido, a modo contra nuntiabantur. *ipse Antonius.*

F 4

De

- Dete tamen constans fama, nec decipi posse, nec vinci. quorum alterius fortuna partem habet quandam: alterum proprium est prudentiæ. Sed accepi literas à *a* collega tuo, datas idibus Maij: in quibus erat te ad se scripsisse, à Lepido non recipi Antonium. quod erit certius, si tu ad nos idem scripseris. sed minus audes fortasse propter inanem lætitiã *b* literarum superiorum. Verùm vt errare, mi Plance, potuisti: *reip. tulit fructum, supra. ep. 13.* (quis enim id effugerit?) sic, decipi te non potuisse, quis non videt? nunc verò etiam erroris causa sublata est. culpa enim illa, *b* *is* ad eundem, vulgari reprehensa proverbio est. Sin, vt scripsisti ad collegam, ita se res habet: omni cura *d* liberati sumus, nec tamen erimus prius quàm ita esse, tu nos feceris certiores. Mea quidem, vt ad te *e* sapius scripsi, hæc sententia est: qui reliquias huius belli oppresserit, eum totius confectorem fore: quem te & opto esse, & confido futurum. Studia mea erga te, quibus certè nulla esse maiora potuerunt, tibi tam grata esse, quàm ego putavi fore, minimè *e* miror, vehementerque lætor: quæ quidem tu, si rectè istic erit, maiora & grauiora cognosces. *v. Kal. Iun.*
- a D. Bruto. supra, ep. 5 & 18.*
- b Quis scripsit, Sedulitas mea reip. tulit fructum, supra. ep. 13.*
- c Sic ep. 7. lib 3.*
- d Bu, supra, ep. 13. & 19.*
- e Sic supra, ep. 1. Nec miror, & gaudeo.*

ARG. Nuntiat de Lepidi perfidia, & coniunctione cum Antonio: nouarumq; copiarum subsidium postulat: & suam commendat dignitatem.

Nuntiatoria, Petitoria.

Plancus s. D. Ciceroni.

25

d Qui de Lepido variè scripsit.

PVDERET me si inconstantia mearum literarum, si non hæc ex aliena leuitate penderent. Omnia

omnia feci, quare Lepido coniuncto ad remp. defendendam, minore sollicitudine vestra perditis resisterem. omnia ei & petenti recepi, & ultro pollicitus sum, scripsiq; tibi biduo antè, considerare me bono Lepido esse usurum, communiq; consilio bellum administraturum, credidi chirographis eius, affirmationi praesentis Laterensis, qui tum apud me erat, a reconciliaremq; me Lepido, fidemq; haberem, orabat. Non licuit diutius bene de eo sperare. illud certè caui & cauebo, ne mea credulitate reipub summa fallatur. Quum b Isaram statumen, vno die ponte confecto, exercitum c transduxissem, pro magnitudine rei celeritatem adhibens, quod petierat per literas ipse, ut maturarem venire praesto mihi fuit stator eius cum literis, quibus, ne venirem, denuntiabat, se posse conficere per se negotium: interea ad Isaram expectaram. Indicabo temerarium meum consilium tibi: nihilominus ire decreueram, existimans eum socium gloria vitare. putaham posse me nec de laude d ieiuni hominis delibare quicquam, & subesse tamen propinquis locis, ut, si durum aliquid esset, succurrere celeriter possem. Ego non malus homo hoc suspicabar. at Laterensis, vir sanctissimus, suo chirographo mittit mihi literas: in eisq; desperans de se, de exercitu, de Lepidi fide, quarensq; se destitutum, aperte denuntiat, videam ne fallar: suam fidem e solutam esse, reipubl. ne desim. exemplar eius chirographi Titio dedi. Ipsa chirographa omnia, & quibus credidi, & ea quibus fidem non habendam putavi, f Lauro Cissio dabo perferenda, qui omnibus hu inter fuit rebus. Accessit eo, ut milites eius, quum Lepidus conuocaretur, improbi per se g corrupti etiam per eos qui praesunt, Canidios, Rufrenosq; & ceteros, quos quum opus erit, scietis, conclamarint h viri boni, pacem se velle, neq; esse cum vllis pugnaturus, duobus iam consu-

a Propter veteres inimicitias. supra ep. 2 15. & 18. & infra, ep. 23.
b Ep. 18. & l. 11. epist. 13.
c Transficeret, dixit, ep. 18.

d Nota metaphora in duobus, verbus, ieiuni, & delibare.

e Se iam non reneri promissis.

f Suprà, ep. 18.

g Suprà, ep. 19.

h Suprà, ep. 15.

a Antonium se-
 cutis. *fulibus singularibus occisis, tot civibus pro patria amif-*
 b Correxerat. *sis, hostibus dentque a omnibus iudicatis, bonisq. pu-*
 e De quatuor *blicatis. neque hic aut vindicarat Lepidus, aut b sa-*
 legionibus me- *narat. Huc me venire, & duobus exercitibus conitun-*
 dit inquit supra, *cti uobis ere exercitum fidelissimum, e maxima auxi-*
 ep. 25. & de *lia, principes Gallia, prouinciam cunctam, summa de-*
 quing, ep. 8. *mentia & temeritatu esse vidi, mihiq., sita oppres-*
sus essem, remque publ. mecum perdidissem, mortuo non
modo honorem, sed misericordiam quoq. defuturam. Ita
taque rediturus sum, nec tanta munera perditis ho-
minibus dari posse sinam. Exercitum loci ut habeam
opportuni, prouinciam tuear, etiam si ille exercitus
desiuerit, omnia ut a integra seruem dabo operam,
quoad exercitus huc summittatis. e pariq. felicitate
rempubl. hinc vindicetis. depugnare, si occasio tulerit:
nec obsideri, si ne esse fuerit: nec mori, si casus inciderit,
pro vobis paratior fuerit quisquam. Quare hortor te,
mi Cicero, exercitum huc transficiendum quamprimum
cures, & matures prius quam hostes magis cor-
roborentur, & nostri perturbentur. in quo si celeritas
erit adhibita, respub. in possessione victoria, deletus sceleratis,
permanebit. Fac valeas, meq. diligas. Fratrem meam tibi,
fortissimum ciuem, & ad omnia paratissimum, & excusam literis? qui ex labore in febriculam incidit asiduam, & satis molestam. Quum prator Plancium poteris istuc recurrere, non dabitabit, ne quo loco frater supra, reip. g. desit. Meam dignitatem commendatam habeas, ep. 17. rogo concupiscere me nihil oportet. habeo te & amantissimum mei, & quod optavi, summe auctoritatis tu i Temporis, & videris, h quantum, & i quando tuum munus apud rei te modera- me veluisse. Tantum te rogo, in Hirrulo cum me sub- rorom facile das, & ad rium amorem, & ad meam o. seruanti- pator esse. Vale.

d Epist. 24.

e Ut ad Mutinam.

f Excuses, anti- qui libri habet.

g Erat enim prator Plancium frater supra, ep. 17.

h Supra, ep. 9. i Temporis, & rei te modera- rorom facile pator esse.

desiuerit, omnia ut a integra seruem dabo operam,
quoad exercitus huc summittatis. e pariq. felicitate
rempubl. hinc vindicetis. depugnare, si occasio tulerit:
nec obsideri, si ne esse fuerit: nec mori, si casus inciderit,
pro vobis paratior fuerit quisquam. Quare hortor te,
mi Cicero, exercitum huc transficiendum quamprimum
cures, & matures prius quam hostes magis cor-
roborentur, & nostri perturbentur. in quo si celeritas
erit adhibita, respub. in possessione victoria, deletus sceleratis,
permanebit. Fac valeas, meq. diligas. Fratrem meam tibi,
fortissimum ciuem, & ad omnia paratissimum, & excusam literis? qui ex labore in febriculam incidit asiduam, & satis molestam. Quum prator Plancium poteris istuc recurrere, non dabitabit, ne quo loco frater supra, reip. g. desit. Meam dignitatem commendatam habeas, ep. 17. rogo concupiscere me nihil oportet. habeo te & amantissimum mei, & quod optavi, summe auctoritatis tu i Temporis, & videris, h quantum, & i quando tuum munus apud rei te modera- me veluisse. Tantum te rogo, in Hirrulo cum me sub- rorom facile das, & ad rium amorem, & ad meam o. seruanti- pator esse. Vale.

ARG. Agris diuidendis præfici Plancus cupiebat, ad militum gratiam colligendam, de ea re Cicero respondet.

Responsoria ad petitoriam.

Cicero s. D. Planco. 22

INTE, & in a collega omnis spes est diis improbantibus, concordia vestra, quæ senatui declarata literis vestris est, mirificè & senatui declarata literis vestris est, mirificè & senatus. & cuncta ciuitas delectata est. Quod ad me scripseras de re agraria: si consultus senatus esset, ut quisque de te honorificentissimam sententiam dixisset, eam sequutus essem: qui certè ego fuisset: sed, propter tarditatem sententiarum, moramque rerum, quum ea quæ consulebantur, ad exitum non peruenirent, commodissimè mihi Plancoque fratri visum est, uti eo, quod ne nostro arbitratu componeretur, quis fuerit impedimento, arbitrator te ex Planci literis cognouisse. Sed siue in S. C. siue in cæteris rebus desideras aliquid, sic tibi persuade, d tantam esse apud omnes bonos tui caritatem, ut nullum genus amplissimæ dignitatis excogitari possit, quod tibi non paratum sit. Literas tuas vehementer expecto, & quidem tales, quales maxime opto. Vale.

a Ep. 8. 18. & 20.

b Idem & D. Brutus cupiebat, supr. ep. 12.

c De quibus ad senatum referebatur.

d Ad minuerdum dolorem ob S. C. minus ex sententia scriptum.

ARG. Excusat se quòd Lepido crediderit: & suam diligentiam in copijs tuto retrahendis declarat, accepto nuntio de Lepidi Antonyq; coniunctione, quo in periculo subsidium Casariani exercitus postulat.

Excusatoria,

Plancus s. D. Ciceroni.

NVNQUAM mehercule, mi Cicero, me pœnitentia maxima pericula pro patria subire, dum, si a *Ut fortuna* quid a *acciderit mihi, a reprehensione temeritatu ab-* fert supra, ep. 29. *sim. Consisteret imprudentia me lapsum, si unquam Lepido ex animo credidissem.* **CREDULITAS** enim error est magis, quam culpa; & quidem in optimi cuiusque mentem facile illic irrepit sed ego non hoc vitio pœnitentia de ducem vir optime deceptus: Lepidum enim pulchre noram. Quid er- go est pudor me, qui in b *Maxime n. ad res gerendas interest, optime de ducem vir optinari. ep. 18. pro in se suis.* bello maxime est periculo- sus, huic casum cœgit subire. c *Al. nam nisi vno loco essemus.* nam si vno loco essem, verebar ne cui obrectatorum viderer & nimium pertinaciter Lepido d *Phil. 1.* offensus, & mea patientia etiam alere bellum. Itaque copias propè in adspèctum Lepidi e *Cum salute duo veteres libri* Antè nunc adduxi, quadragintaque milium passuum spatio relicto, confedi, eo consilio, ut vel celeriter accedere, vel e *Ita propinqui, ut p. sin manib. essent.* salutariter recipere me possèm. adiunxi hac in to. o eligendo, flumen oppositum, ut haberem in quo mora transitus esset: Vocantque sub f *Quod in duce non minus laudari solet, quam si pralio vicerit.* manu ut essent, per quorum loca mihi fideliter pateret iter. Lepidus, desperato aduentu meo, quem non mediocriter captabat, se cum Antonio coniunxit ad v. cal. Iun. eodemque die ad me castra mouerunt. viginti millia passuum g *h Ex timore re creandos.* quum abessent, res mihi nunciata est. dedi operam deum benignitate, ut & celeriter me reciperem, & hic discessus nihil fuga simile g *h* haberet: non miles vllus, non eques, non quidquam impedimentorum amitteretur, aut ab illis feruentibus latronibus interciperetur. Itaque pridie non. Iun. omnes copias Isaram transiici, pontesque, quos feceram, interrupi, ut & spatium ad se h *colligendum homines haberent, & ego me interea*

cum collega coniungerem, quem triduo, quum has dabam literas, expectabam. **a** Laterensis nostri & fidem, & animum singularem in rempubl semper fabor. sed certe nimia eius indulgentia in Lepidum, ad hac pericula perspiciunda fecit eum minus saga em. qui quidem quum in fraudem se dedu. Tum videret, manus, quas iustus in Lepidi perniciem armasset, sibi afferre conatus est. in quo casu tamen interpellatus, **b** Eum ex illo adhuc **b** viuit, & dicitur victurus. Sed tamen de hoc vulnere perisse, affirmat mihi parum certum est: & magno cum dolore paricidarum elapsus sum in veniebant enim eodem furore Dio, lib. 46. & in me, quo in patriam: incitati iracundias autem harum recentes habebant, quod Lepidum castigare non desisteram, ut extingueret bellum: quod colloquia facta improbaram: quod legatos, sive Lepidi missos ad me, in conspectum venire vetueram: quod C. C. Catinimum Vestinum trib. mil. missum ab Antonio ad eum cum literis, exceperam. in quo hanc capio voluptatem, quod certe, qui magis me petiuerunt, tanto maiorem in frustratio dolorem attulit. Tu mi Cicero, quod adhuc fecisti, idem praesta, ut vigilanter & neruoseq; nos qui stamus in acie, subornes. veniat Caesar cum copiis, quas habet firmis missas: aut, si ipsum aliqua res impedit, exercitus eius mittatur: cuius ipsius magnum **c** periculum agitur. quicquid aliquando futurum fuit in casu perditionum contra patriam, hoc omne iam conuenit. Pro urbis vere salute cur non omnibus facultatibus, quas habemus, ut amur: quod si vesistis non defueritis, profecto, quod ad me attinet, omnibus rebus abunde reipub. satisfaciam. Te quidem, mi Cicero, in dies mehercule habeo cariorem: sollicitudinesq; meas quotidie magna tua merita **f** exaccunt, nequid aut ex amore, aut ex iudicio tuo perdam. Opro, ut mihi liceat iam presenti pietate meorum officiorum tua beneficia tibi **d** Vehementer, in hoc intedas omnes neruos. **e** Erat enim eius inimicus Antonius, victus Mutinam. **f** Excitant. Sic loquutus Cic. l. 1 de or & ad Att. lib. 12. facere

a Supra, ep. 18.

b Eum ex illo vulnere perisse, affirmat Dio, lib. 46. & Velleius lib. 2.

c Caninius, Singtonij liber: alij Catinum, nota familia.

d Vehementer, in hoc intedas omnes neruos. **e** Erat enim eius inimicus Antonius, victus Mutinam.

f Excitant. Sic loquutus Cic. l. 1 de or & ad Att. lib. 12.

Facere in undiora. Vale. VIII. idus Iun. Ciuarono, ex
finibus Allobrogum.

ARG. Pollitetur se memorem beneficiorum: suas
copias narrat sui sidium, aut ab Octaviano, aut ab A-
fricano exercitu, postulat: Octavianum, quasi negli-
gentem in tuenda rep. accusat.

Nuntiatoria, Petitoria.

Plancus imp. c. o. s. def. s. d.

Ciceroni.

24

a Vide Plancū
in principioli-
terarum dele-
ctari quadam
grati animi si-
g. ificatione, su-
pra ep. 49. 11.
& 19.

bOmnia ut in-
tegra seruem
dicit ep. 21. sed
ibi significat,
nequid patia-
mur detrimen-
ti: hic se praliū
vit. esse. pater
ex verbo, susti-
numus, & se-
quentibus.

FACERE non possum quin in singulas res meritā-
que tua tibi a gratias agam: sed mehercule facio
cum pudore. neq. enim tanta necessitudo, quantam tu
mihi tecum esse voluisti, desiderare videtur gratiarum
actionem: neq. ego lubenter pro maximis tuis beneficiis
tam vili munere defungor orationis, & malo praesens
observantia, indulgentia, assiduitate memorem meti-
bi probare. Quod si mihi vita contigerit omnes gratas
amicitias, atq. etiam piās propinquitates in tua ob-
servantia, indulgentia, assiduitate vincam amor e-
nim tuus ac iudicium de me utrum mihi plus dignita-
tis in perpetuum, an voluptatu quotidie sit allaturus,
non facile dixerim. De militum commodis fuit tibi
cura: quos ego non potentia mea causa (nihil enim me
non salutariter cogitare scio) ornari volui a senatu, sed
primū, quod ita meritos iudicabam, deinde quod
ad omnes casus coniunctiores reipub. esse volebam, no-
uissimē, ut ab omni omnium sollicitatione auersos eos
tales vobis praestare possim, quales adhuc fuerunt. Nos
adhuc hic omnia b integra sustinuumus. quod consi-
lium nostrum, etsi, quanta sit auditas hominum, non
sine causā, talis victoria, scio, tamen vobis probari
spero.

Cicero. non enim, si quid in hu exercitibus sit offensum, magna subsidia respub. habet expedita, quibus subito impetu ac latrocinio parricidarum resistat. Copias vero nostras notas tibi esse arbitror. in castris meis legiones sunt veteranae tres, tironum vel luculentissima ex omnibus una. in castris Bruti una veterana legio, altera bima, octo tironum. ita uniuersus exercitus numero amplissimus est, firmitate exiguus. quantum autem in acie tironi sit committendum, nimium saepe a expertum habemus. Ad hoc robur nostrorum exercituum, siue Africanus exercitus, qui est veteranus, siue Caesaris accessisset, a quo animo summam rempubl. in discrimen deduceremus. b aliquanto autem propius esse, quod ad Caesarem attinet, videbamus. nihil destitit cum literis hortari; neq. ille intermisit affirmare, se sine mora venire. quum interim auersum illum ab hac cogitatione, c ad alia consilia video se contulisse. ego tamen ad eum Furnium nostrum cum mandatis literarum misi, siquid forte proficere posset. Scistu, mi Cicero, quod ad Caesaris amorem attinet, societatem mihi esse & tecum: vel quod in famulatu Casaris, viuo illo, iam tueri eum & diligere mihi fuit necesse; vel quod ipse, quoad ego nosse potui, moderatissimi atq. humanissimi fuit sensus: vel quod extam insigni c anticitia mea, atque Casaris, hunc, filij loco & illius & vestro iudicio substitutum, non perinde habere mihi turpe videtur. sed quicquid tibi scribo, dolenter meher. u. be magis quam inimice facio. Quod uinit Antonius, hodie quod Lepidus una est, quod exercitus habent non contemnendos, quod sperant, quod audent, id omnia Casari acceptum referre possunt. & neque ego superiora repetam: sed ex eo tempore quo ipse mihi professus est se venire, si venire uoluisset, aut oppressum iam bellum esset, aut in aduersissimam illis Hispaniam cum

decri-

a Pharsalico maxime praelio Casaris & Pompeij.

b Al. Aliq. illum pt. esse è rep. esse vid.

c Ad cogitationem consultatus bimestris.

d Octavianum Cicero nimis diligere uisus est. quod fecit odio maxime, metuq. Antonij. e Epist. 3.

f Similem sententiam alius uerbis expressit ep. 29. lib. 7. & ad At. ep. 12. l. 4.

detrimento eorum maximo extrusum. Quamens eum,
 aut quorum consilia à tanta gloria, sibi vero etiam ne-
 cessaria a. salutarì auocarint, & ad cogitationem con-
 sulatus a bimestris, summo cum terrore hominum, &
 insulsa cum efflagitatione transfulerint, exputare non
 possum. Multum in hac re mihi videntur necessarij e-
 ius & reipub. & ipsius causa proficere posse: plurimum,
 ut puto, tu quoq;: b cuius ille tanta merita habet,
 quanta nemo prater me. nunquam enim obliuiscar,
 maxima ac plurima metibi debere. De his rebus, ut
 exigeret cum eo Furnio mandauì quòd si quantam
 debeo, habuero apud eum auctoritatem, plurimum i-
 psu c iuero. Nos i iterea duriori conditione bellum
 sustinemus, quòd neq; expeditissimam dimicationem
 putamus, neq; tamen refugiendo commissuri sumus, ut
 maius detrimentum respub. accipere possit. Quòd si aut
 Caesar se respexerit, aut d Africana legiones celeriter
 venerint: se. uros vos ab hac parte reddemus. Tu, ut
 instituisti, me diligas, rogo, proprièq; tuum esse, tibi per-
 d qua erant in suadeas. v. cal. Sext. ex castru.
 Africa. ep. 25.
 lib. 11.

ARG Modestè reprehendit in Furnio prapropèram
 adipiscenda pratur & festinationem.

Diffuasoria.

Cicero s. D. C. Furnio.

25

Diffuasio ab u-
 tils.

e Erat. n. Plā-
 ci legatus. su-
 pra, ep. 8.

SI interest, id quod hominines arbitrantur,
 reipubl. te, ut instituisti atque fecisti, na-
 uare operam, rebusque maximis, quæ ad ex-
 tinguendas reliquias belli pertinent, e inter-
 esse: nihil videris melius, neque laudabilius,
 neque honestius facere posse: istamque ope-
 ram tuam, nauitatem, animum in reipubl.
 celeri-

a celerati praturæ anteponendam censeo. Nolo enim te ignorare, quantam laudem consequutus sis: mihi crede, proximam Planco, idque ipsius Planci testimonio, præterea fama, scientiæque omnium. Quamobrem, siquid operis tibi etiam nunc restat, id maximopere censeo persequendum. quid enim honestius? aut quid honesto anteponendum? *b* sin autem satisfactum reip. putas: celeriter ad comitia, quando maturæ futura sunt, veniendum censeo: dummodo ne quid hæc ambitiosa festinatio imminuat eius gloriæ, quam consequuti sumus. *d* Multi clarissimi viri, quum reip. darent operam, annum petitionis suæ non obierunt. quod, eo facilius nobis est, quòd non est annus hic tibi destinatus: ut, si ædilis fuisses, post biennium tuus annus esset. *e* nunc nihil prætermittere videbere vilitati & quasi legitimi temporis ad petendum. Video autem, Planco consule, etsi etiam sine eorum rationes expeditas haberes, tamen splendidioram petitionem tuam fore, si modò ista ex sententia confecta essent. Omnino plura me scribere, quum tuum tantum consilium iudiciumque sit, non ita necesse arbitrabar. sed tamen sententiam meam tibi ignotam esse *f* nolebam. cuius est hæc summa, ut omnia te metiri dignitate malim, quàm ambitione, maioremque fructum ponere in perpetuitate laudis, quàm in celeritate praturæ. Hæc eadem loquutus sum domi meæ, *g* adhibito Quinto fratre meo, & Cæcina, & Caluisio, studiosissimis tui, quum Dardanus, libertus tuus, interesset. omnibus probari videbatur oratio mea: sed tu optimè iudicabis. Vale,

a Furnius enim ad petendam praturam contendere cupiebat, quum nondum ipsius annus esset.

b Suprà ep. 9.

c Non fuerunt oppressa à III. viris rep.

d Dissuasio ab exemplis.

e Si manebis in prouincia, & ad comitia pratoria non venies.

f Testificandi amoris causa. ep. 4. lib. 2. & 3 l. 10.

g Epist. 7. l. 12.

ARG. Scripserat Furnius, ad comitia prætoria se venturum: Cæro deessuadet, comitiæq; dilata significat.

Dissuasoria:

Cicero s. d. Furnio.

26

a Transalp-
norum,

b Tua videli-
cet opera exci-
tatum.

c Causarum
enim patronus
solebat esse.

d Qui topu-
rem aliter sen-
tire, quam
scribis.

e Id laboran-
tium tibi, &
amicis tuis.

f Non pratura
tantum.

LECTIS tuis literis, quibus declarabas aut
omittendos Narbonenses, aut cum periculo
dimicandum, illud magis timui, quod vitatum,
non molestè fero. Quod de Planci & Bruti con-
cordia scribis, in eo vel maximam spem pono
victoriæ. De a Gallorum studio, nos aliquando
cognoscemus, vt scribis, cuius id opera maximè
excitatum sit: sed iam, mihi crede, b cognouimus.
Itaque iocundissimis tuis literis stomachatus
sum in extremo. scribis enim, si in Sextilem co-
mitia, citò te: si iam confecta, citius, ne diutius
cum periculo fatuus sis. O mi Furni, quàm tu
causam tuam non nosti, qui alienas tam c faci-
lè discas. tu nunc candidatum te putas: & id
cogitas, vt aut ad comitia curras, aut, si iam cõ-
fecta, domi tuæ sis, scilicet ne cum maximo pe-
riculo, vt scribis, stultissimus sis. non arbitror
te ita sentire. omnes enim tuos ad laudum im-
petus noui. quòd si, vt scribis, ita sentis: non ma-
gis te, quàm de te d iudicium reprehendo
meum. Te adipiscendi magistratus leuissimi
& diuulgatissimi, si ita adipiscare, vt plerique,
præpropera festinatio abducit à tantis laudibus,
quibus te omnes in cælum iure & verè ferunt?
Scilicet id e agitur, vtrum hac petitione an
proxima prætor fias, non vt ita de rep. merga-
re, f omni honore vt dignissimus iudicere: V-
trum nescis quam altè ascenderis, an pro nihilo
id pu-

id putas? si nescis: tibi ignosco: a nos in culpa sumus. sin intelligis: vlla tibi est præiura vel officio, quod pauci, vel gloria, quam omnes sequuntur, dulcior? Hac de re & ego, & Caluissius, homo magni iudicij, tuique amantissimus, te accusamus, quotidie: comitia tamen, quando ex his pendes, quantum facere possumus, quod multis de causis reip. arbitramur conducere, in Ianuarium mensẽ b protrudimus. Vince igitur, & vale.

a Qui te de e-
dere e pruin-
cia cupientem
accusamus.

b Ep. 12. l. 2. ad
Q. fr.

ARG. *Lepidum quasi molli brachio obiurgat, quia summus honoribus à senatu ornatus, gratiarum agendarum officium neglexerat, tum pacem inter Antonium & bonos ciues conciliare cupientem hortatur, ne se interponat.*

Obiurgatoria, Monitoria.

Cicero s. D. M. Lepido. 27

QVOD mihi pro mea summa erga te beneuolentia magnæ curæ est, vt quã amplissima dignitate sis, molestè tuli, te senatui gratias non egisse, quum esses ab eo ordine a ornatus summis honoribus, Pacis inter ciues conciliandæ te cupidum esse, lætor. pacem eam si à seruitute sciungis, consules & reip. & dignitati tuæ: b In S. C. infra, ep. 32. h. l. & 13. lib. 11 & Phil. 1. & 5. b E qua dicitur. Etus erat prælio Murinensi. c Hanc pacem valde improbat etiam in Philipico.

sin ista pax perditum hominem in b possessionem impotentissimi dominatus restitutura est: hoc animo scito esse omnes sanos, vt mortem seruituti anteponant. Itaque sapientius, meo quidem iudicio, facies, si te in istam c pacificationem non interpones: quæ neq; senatui, neque populo, neque cuiquam bono probatur.

Sed hæc audies ex aliis, aut certior fies literis, tu pro tua prudentia, quid optimum factu sit, videbis.

ARG. Dolet se non fuisse participem coniurationis in Casarē: quia superstes Antonius perniciem reip. molitur. deinde suum libertatis re. reparanda studium declarat.

Expostulatoria, Nunciatoria.

Cicero s. D. C. Trebonio.

28

a Antonius servatus non esset. vide infr. ep. 12.

b Dio lib. 44. & Phil. 13.

c Quum Brundisium profectus est, ut legiones Macedonicas ad urbem secum duceret ep. 25 lib. 12. Phil. 3 & Dio lib. 43. Philip. 13. d Vocandi senatus tribunipl. tus habebant. e Gellius lib. 14. cap. 7.

QVAM vellem ad illas pulcherrimas epulas me idibus Mart. invitasses; *a* reliquiarum nihil haberemus. at nunc cum his tantum negotii est, ut vestrum illud diuinum in rep. beneficium nonnullam habeat querelam, *Q*uod verò à te, viro optimo, *b* seductus est, tuoque beneficio adhuc vivit hæc pestis: interdum, quod mihi vix fas est, tibi subirascor. mihi enim negotii plus reliquisti, vni, quàm, præter me, omnibus. Vt enim primùm post Antonij foedissimum *c* discessum senatus haberi libere potuit, ad illum animum meum reverti pristinum, quum tu cum ciue acerrimo *d* patre tuo, in ore & amore semper habuisti. Nam, quum senatum ad XIII. Cal. Ian. tribunipl. evocavissent, deq; alia re referrent, totam rep. sum complexus, egique acerrimè, senatumque iam languentem & defessum, ad pristinam virtutem consuetudinemque reuocaui, magis animi quàm ingenij viribus. Hic dies meaque contentio atque actio spem primùm populo R. attulit libertatis recuperandæ. nec verò ipse postea tempus vllum intermisi de rep. non cogitandi solum, sed

sed etiam agendi. Quod nisi res urbanas actaque omnia ad te perferri arbitrarer, ipse perscriberem: quanquam eram maximis ^a occupationib. impeditus. sed illa cognosces ex aliis, ^a me pauca, & ea summam. Habemus fortem senatum, consulates partim timidos, partim male sentientes, magnum damnum factum est in ^b Seruio. L. Cæsar optimè sentit: sed, quod auunculus est. non acerrimas dicit sententias. consules egregii: præclarus D. Brutus: egregius ^c puer Cæsar, de quo spero equidem reliqua: hoc vero certum habeto, nisi ille veteranos celeriter ^d conscripisset, legionisque duæ de exercitu Antonii ad eius se autoritatem contulissent, atque is oppositus esset terror Antonio, nihil ^e Antonium sceleris, nihil crudelitatis præteriturum fuisse. Hæc tibi etsi audita esse arbitrabar, volui tamen notiora esse. plura scribam, si plus otij habuero. Vale.

^a Nunquam per Antonium quietus fuit, epist. 1.

^b Perierat Ser. Sulpitius. vide Philippicam 9.

^c Ep. 7. lib. 11.

^d Privato consilio, suo sumtu Philip. 3.

^e Brundisio redeuntem, ep. 25. lib. 12. & Philip. 3.

ARG. Scribit de suo studio erga salutem Ampij exulantis: bonamq. spem habere iubet.

Officiosa.

Cicero S. D. Ampio Balbo. 29

DE meo studio erga salutem & incolumitatem tuam credo te cognosse ex literis tuorum: quibus me cumulatissimè satisfecisse, certò scio. nec iis ^a concedo, quanquam sunt a singulari in te benevolentia, vt te saluum malint, quàm ego. illi mihi necesse est concedant, vt tibi plus, quàm ipsi, hoc tempore prodesse possim. quod quidem nec destiti facere, nec de-

^a Fortè u est, ad quem scribit ep. 3. lib. 1. & ep. 13. lib. 6. Ep. 3. lib. 4.

a *Sic locutus*
ep. 9. lib. 1.

sistam, & iam in maxima re feci, & a fundamenta ieci salutis tuæ. Tu fac bono animo magnoque sis, meque tibi nulla re defuturum esse confidas. Pride non. Quint. Vale.

ARG. *Prælium, vi Horiaq; de Antonio relata nuntiatur.*

Nuntiatoria.

De hoc Galba
in Philip. 13.

Ser. Galba s. d. Ciceroni. 30

a *Qui discesserat a Lepido, ipso tamē haud inuito. vide infra, ep. 34. & Dionem lib. 46. qui hanc etiam pugnam narrat.*

b *De legione Martia Philip. 14.*

c *Philip. 14.*

DECIMO septimo Cal. Maij. quo die Pansa in Castris Hirtij erat futurus, cum quo ego eram, (nam ei obviam processeram millia passuum centum, quo maturius veniret) Antonius legiones eduxit duas, secundam, & quintam trigessimam, & cohortes pratorias duas, unam suam, alteram a Silani, & evocatorum partem. Ita obviam venit nobis, quod nos quatuor legiones tironum habere solum arbitrabatur. sed noctu, quo tutius venire in castra possemus, legionem b Martiam, cui ego præesse solebam, & duas cohortes pratorias miserat Hirtius nobis. Quum equites Antonij apparuissent. c contineri neque legio Martia, neque cohortes pratoria potuerunt: quas sequi cepimus coacti, quando eas retinere non poteramus. Antonius ad Forum Gallorum suas copias continebat: neque sciri volebat, se legiones habere: tantum equitatum, & leuem armaturam ostendebat. Postea quam vidit se inuito legionem ire Pansa, sequi se duas legiones iussit tironum. postea quam angustias paludis & silvarum transivimus, acies est instructa à nobis duodecim cohortium. Nondum venerant legiones due, quum repente Antonius in aciem suas copias de vico produxit, & sine mora concurrat. Primo ita pugnavit, ut acrim non posset ex utraq; parte pugnari. sed dex-

sed dexterius cornu, in quo ego eram cum a Martia a Qua relicto
 legionis cohortibus o.fo, impetu primo fugauerat le- Antonio, Ca-
 gionem trigesimam quintam Antonij, ut amplius sari Octauiano
 passus quingentos ultra aciem, quo loco steterat, se adiunxerat.
 cesserit. Itaq, quum equites nostrum cornu circuire vel- Philip. 3. & 5.
 lent, recipere me cœpi, & leuem armaturam opponere & Velleius
 Maurorū equitibus, ne auersus nostros aggredere- lib. 2.
 tur. Interim video me esse inter Antonianos, Antoniumq, b Equum ad-
 post me esse aliquanto. b repente equum immisi ad mittere, dixit
 eam legionē tironum, qua veniebat ex castris, seuto re- lib. 2. de Fin.
 iecto. Antoniani me insequi: nostri pila conuicere velle. incitare lib. 3.
 ita nescio quo fato sum seruatus, quod citò sum à nostris de nat. de.
 cognitus. In ipsa Emilia, ubi cohors Casaris c pratoria c Pratoria co-
 erat, diu pugnatum est. cornu sinisterius, quod erat in- hortēs fortissi-
 firmius, ubi Martia legionis dua cohortes erant, & co- morum virorū
 hors pratoria, pedem referre cœperunt, quò ab equi-
 tatu circuibantur, quo vel plurimum valet Antonius, quum omnes se recepissent nostri ordines, recipere me
 nouissimus cœpi ad castra. Antonius, tanquam victor, castra putauit se posse capere. quò quum venit, complu-
 res ibi dimisit, nec egit quicquam. Audita re Hirtius cum d cohortibus viginti veteranis redeunti Antonio
 in sua castra occurrit, copiasq, omnes eius deleuit fuga- d Duabus le-
 sissitque eodem loco, ubi erat pugnatum, ad Forum Gal- gionibus. ora-
 lorum. Antonius cum equitibus hora noctis quarta se tionē XIII in
 in castra sua ad Mutinam recepit. Hirtius in ea ca- Antonium.
 stra c rediit, vnde Pansa exierat, ubi duas legiones re- c Exercitu in-
 liquerat, qua ab Antonio erant oppugnata. Sic partem columi. Phi-
 maiorem suarum copiarum Antonius amisit vetera- lip. 14.
 narum: nec id tamen sine aliqua iactura cohortium f Legionum
 pratoriarum nostrarum, & legionis Martia fieri potuit. signa: nam co-
 f aquila dua, signa sexaginta sunt relata Antonij. res sa, que sexa- hortium diuer-
 bene gesta est. Ad XII. Cal. Maij. ex castris. Vale. ginta hostibus
 crepta.

Arg. Excusat se, quod studium suum erga temp. literis nondum declarauerit: seq. libertati recuperanda cupidum ostendit:

Excusatoria:

C. Asinius Pollio S. D. Ciceroni. 31

2 Hispaniam
posteriorem ad-
ministrabat, à
Casare commisi-
sam: in qua
Lusitania con-
tinebatur: ci-
terior Lepide
attributa
erat. infra,
ep. 33.

6 M. Anto-
nius, nunc in-
uisus quia rei-
pub. hostis, an-
tea verò ami-
sus infra,
ep. 33.

Quia Casar
pro sua senten-
tia, Pompeius
pro rep. puta-
batur conten-
dere.

MINIME a mirum debet tibi videri, nihil me scripsisse de rep. posteaquam itum est ad arma. nam saltus Castulonensis, qui semper tenuit nostros tabellarios, etsi nunc frequentioribus latrocinii infestior factus est, tamen nequaquam tanta in mora est, quanta qui locis omnibus dispositi ab utraque parte scrutantur tabellarios, & retinent: itaque, nisi naueralat a litera essent, omnino nescirem, quod istic fieret. Nunc verò, nactus occasionem, posteaquam nauigari caprum est, cupidissime & quam creberrime potero, scribam ad te. Ne mouear eius sermonibus, quem tamen nemo est qui videre velit, tamen nequaquam proinde ac dignos est, oderunt homines periculum non est, adeo est enim, binuisus mihi, ut nihil non acerbum putem, quod commune cum illo sit. Natura autem mea, & studia trahunt me ad pacis & libertati cupiditatem. itaque illud initium civilis belli saepe deseni. Quum vero non liceret mihi nullius patris esse, quia utrobique magnos inimicos habebam, ea castra fugi, in quibus plane tutum me ab insidiis inimici sciebam non futurum. compulsus eo, quò c. minime volebam, ne in extremis essem, planè pericula non dubitanter adij. Casarem verò, quòd me in tanta fortuna, modò cognitum, vetustissimorum familiarium loco habuit, dilexi summa cum pietate & fide, qua mea sententia gerere mihi licuit, ita feci, ut optimus quisque maxime probaret: quòd inuisus sum, eo tempore atque ita feci, ut a dpareret, inuisa imperatum esse. Cuius facti in-

iustissima a inuidia erudire me potuit, quàm iocunda a Odiū aduer-
 libertas, & quàm misera sub dominatione vita esset. sus me iniuste
 ita, si id agitur ut rursus in potestate omnia unius concitatum.
 sint: quicumque is est, ei me b profiteor inimicum: nec b Mox tamen
 periculum est ullum, quod pro libertate aut refugiam, Afini te cum
 aut deprecer. Sed consules neque S. C. neque literis suis Antonio con-
 praeceperant mihi, quid facerem. unas enim possidus iunxisti. Vel-
 Mart. demum à c Pansa literas accepi, in quibus hor-
 letus lib. 2.
 tatur me ut senatui scribam, me & exercitum in po- c Consule.
 testate eius futurum quod, quum Lepidus concionare-
 tur, atque omnibus scriberet, se consentire cum Anto-
 nio, maxime contrarium fuit. nam quibus commea-
 ribus, inuito illo, per illius prouinciam legiones duce-
 rem? aut, sic caetera transissem, num etiam Alpes pote-
 ram transvolare, qua praesidio illius tenentur? Adde
 huc, quod perferri litera nulla conditione potuerunt.
 sexcentis enim locis excutiuntur, deinde etiam d. reti-
 nentur à Lepido tabellarij. Illud me Corduba pro con-
 ceione dixisse, nemo vocabit in dubium, prouinciam me
 nulli, nisi qui à senatu missus venisset, traditurum.
 nam de legione trigesima tradenda quantas habue-
 rim e contentiones, quid ego scribam? qua tradita,
 quanto pro rep. infirmior futurus fuerim, quis ignorat?
 hac enim legione noli actius aut pugnacius quicquam
 putare esse. Quare me cum existima esse, qui primum
 pacis cupidissimus sim, (omnes enim ciues plane studeo
 esse saluos) deinde qui & me & rep. vindicare in li-
 bertatem paratus sim. Quod f familiarem meum in
 tuorum numero habes, g opinione tua mihi gratius
 est: inuideo illi tamen, quod ambulat & iocatur te-
 cum. Quares, quanti astimem. si unquam licuerit vi-
 uere in otio, experieris. nullum enim vestigium abs te
 discessurus sum. Illud vehementer admiror, nō scripsis-
 se te mihi, manendo in prouincia ne, an ducono in pro-

d Infra, ep. 33.

e Vrsit enim cum & Lepidus, & Antonius, epist. sequenti.

f Ep sequenti.

g Ep. 15. lib. 12.

& 24. lib. 14. &

in proamio lib.

de claris orat.

Opinione o-

mnium maio-

rem animo

cepi dolorem.

uincia ne, an durendo exercitum in Italiam, reip. magis satisfacere possim. Ego quidem, etsi mihi tutius, ac minus laboriosum est manere, tamen, quia video tali tempore multo magis legionibus opus esse, quam prouinciis, qua praesertim recuperari nullo negotio possunt, constitui, a ut nunc est cum exercitu proficisci, deinde ex literis, quas Pansa misi, cognosces omnia. nam earum tibi exemplar misi. XVII. Cal. April Corduba.

ARG Enumerat, qua Balbus, quaestor suus, flagitiose commisit. quaque ipse fecerit ad exercitum in reip. potestate continendum.

Narratoria.

Asinius Pollio s. D. Ciceroni. 32

Statim à Balbi flagitiis incipit: quod est iudicium summa iracundia, a Bene nummatus, dixit oratione in Rullum.

BALBUS quaestor, magna numerata pecunia, magno pondere auri, maiore argenti coactus, de publicis exactionibus, ne stipendio quidem militibus reddito, duxit se à Gadibus, & triduum tempestate retentus ad Calpeu, Calend. Iunij transiecit sese in regnum Bogudu, plane bene a peculiatu Huiusmodi utrum Gades referatur, an Romam, (ad singulos enim nuntios turpissime consilia mutat) nondum scio. sed, praeter furta, & rapinas, & virgis casos socios, hac quoque fecit, ut ipse gloriari solet, eadem, qua C. Caesar: ludu, quos Gadibus fecit, Herennium Gallum histri-

b Sicuti La-berium mimu quatuordecim sessum deduxit: tot enim fecerat ordonauerat Cades equestris loci: quatuorviratum sibi prorogasar. Suetonius, uit: comitia biennij biduo habuit, hoc est, renuntia- & Macrobius. uit quos ei visum est: exules reduxit non horum temporum, sed illorum, quibus à seditionis senatus trucidatus, aut expulsus est Sex. Varoprocos. Illa vero

iana

iam ne Casaris quidem exemplo, quod ludis pretextam de suo a itinere ad L. Lentulum procos. sollicitandum posuit: & quidem, quum ageretur, fleuit. memoria rerum gestarum commotus. **b** Gladiatoribus autem Fadium quendam, militem Pompeianum, quia, quum depressus in ludum, bis gratis depugnasset, auctorari sese nolebat, & ad populum confugerat, primum Gallos equites immisit in populum, (confecti enim sunt lapides in eum quum arriperetur Fadius) deinde abstractum defodit in ludo, & viuum combussit, quum quidem pransus, nudis pedibus, tunica soluta, manibus adtergum reiectis, inambularet, & illi misero quiritanti, **c** Cuius Romanus sum, responderet, Abi nunc, populi fidem implora. Bestius vero ciues Romanos, in his circulatorem quendam auctionum, notissimum hominem Hispali, quia deformis erat, obiecit. Cum huiusmodi portento res mihi fuit. sed de illo plura coram. Nunc, **d** quod praestat, quid me velitis facere, constituite, tres legiones firmas habeo: quarum unam vigesimam octavam quum ad se initiobelli accessisset Antonius hac pollicitatione, quo die in castra venisset, denarios **e** quingenos singulis militibus daturum, in victoria vero eadem premia, qua suis legionibus: (quorum quis vllum finem, aut modum futurum putavit?) incitatissimam retinui, agre mehercule, nec retinuissem, si uno loco habuissem, utpote quum **f** singula quaedam cohortes seditionem fecerint. Reliquas quoque legiones non destitit literis atque infinitis pollicitationibus incitare. nec vero minus Lepidus vrsit me & suis & Antony literis, ut legionem **g** trigesimam mitterem sibi. Itaque, quem exercitum neque vendere vllis pramiis volui, nec eorum periculorum metu, qua; victoribus illis, portendebantur, deminuere, debetis existimare retentum, & conserva-

a Vide ad Att. epist. 9. & 11. lib. 8.

b Quum gladiatores pugnarent. Phil. 1.

c Quae vox auxilio saepe fuit. Verrem.

d Quod pluris est, quam de Balbo agere,

e Sexaginta scutatos, ut hodie appellant.

f Seiuncta ab alijs.

g Suprà, ep. 31.

a Ex eo, quod
facti, quae factu-
rurus fuerim,
existimate.

b Batia Hispania
urbis, v-
triusque Seneca,
& Luani
patria Mar-
tialis lib. 1.

tum reip. esse, atque ita credere, quodcumque imperaf-
setis, facturum fuisse, si a quod iussisset, feci. Nam & pro-
vinciam in otio, & exercitum in mea potestate tenui:
finibus mee: provincia nusquam excessi: militem non
modolegionarium, sed ne auxiliarium quidem ullum,
quoquam misi, & si quos equites decedentes nactus
sum, supplicio affect. Quarum rerum fructum satis ma-
gnum, rep. salua, tulisse me putabo. sed resp. si me satis
nouisset, & maior pars senatus, maiores ex me fructus
tulisset. Epistolam, quam Balbo, quum etiam nunc in
provincia esset, scripsi, legendam tibi misi. etiam pra-
textam, si voles legere, Gallum Cornelium, familiarem
meum poscito. 6. id. Iun. b Corduba. Vale.

ARG. Deplorat calamitatem reip. qua Mutinon-
si pralio & consules, & robur sololemque militum a-
miserat.

Deploratoria.

Afinius Pollio S. D. Ciceroni.

33

a Suprà, ep. 31.

b Nam ego pro-
desse aliquid
possum: ideoq;
citius audire
voluisssem.

c Periere, qui
& ipsi fortes

QVO tardius certior fierem de praliis apud
Mutinam factis, Lepidus effecit, qui meos tabel-
larios nouem dies a retinuit: tametsi, tandem calami-
tatem reip. quam tardissime audire, optandum est, sed
illis, qui g. prodesse nihil possunt, neque mederi. Atque
vriam eodem S. C. quo Plancum, & Lepidum in Ita-
liam accersisset, me quoque iussisset venire. profecto non
accepisset resp. hoc vulnus. quo si qui latantur in presen-
tia, quia videntur & duces & veterani Casaru par-
tium interisse: tamen postmodum necesse est doleant,
quum vastitatem Italia respexerint. nam & robur &
c. soboles militum interit: si quidem, qua nuntian-
tur, vlla ex parte vera sunt. Neque ego non videbam,
quanto

quanto usui reip. essem futurus, si ad Lepidum venissem. omnem enim cunctationem eius discussissem, reip. aliquan-
 praesertim adutore Planco. sed scribenti ad me do futuros, po-
 eiusmodi literas, quas leges, & concionibus videlicet, terant gignere.
 quas Narbone habuisse dicitur, similes, palparet ne-
 cesse erat, si vellem commeatum, per prouinciam
 eius iter faciens, habere. Præterea verebar, ne,
 si ante quàm ego incepta perficerem, pralium con-
 fectum esset, primum meum consilium a reperent in con-
 trariam partem obtrectatores mei, propter amicit-
 tiam, que mihi cum Antonio, non maior tamen quàm
 Planco, fuit. Itaque à Gadibus mense Aprilis hinc
 tabellarios in duas naues imposui, & tibi, & consuli
 bus, & Octauiano scripsi, ut me faceretis certiores, ferrem.
 quoniam modo plurimum i essem prodesse reip. Sed, ut
 rationem in eo, quo die pralium Pansa commisit, eo-
 dem à Gadibus naues profecta sunt, nulla enim post
 hiemem fuit ante eam diem nauigatio. & hercule, lon-
 gè remotus ab omni suspitione futuri ciuilitumultus,
 penitus in Lusitania legiones in hibernis collocaram. b Suprà, bii.
 Ita porro festinauit c uterque confugere, tanquam nihil ep. 31.
 peius timere, t, quàm ne sine maximo Reip. detrimento c Antonius, &
 bellum componeretur sed, si properandum fuit, nihil Pansa.
 non summi duci d consilio gefisse Hirtium video. Nam d Ep. 5. lib. 12.
 hac mihi scribuntur ex Gallia Lepidi, & nuntiantur:
 Pansa, exercitum concisum esse: Pansam ex vulneri-
 bus e mortuum: eodem pralio Mart: am legionem in- e Mortuus est
 teruisse. & L. Fabatum, & C. Paduceum, & D. Carsu- Bononia, ut
 lenum: Hirtiano autem pralio & f quartam legionem, scribit Appia-
 omnes peraque Antonij casus: item Hirtij quartam, nus.
 quum castra quæque Antonij episset, à quinta legione f Mendum. nã
 e concisum esse: ubi Hirtium quoque perisse, & Pon- de hac post pu-
 rium Aquilam: dici etiam, Octavianum cecidisse: ro, II legen-
 (qua si, quod dij prohibeant, vera sunt, non mediocri- dum, quam sũ

Antonio fuisse, ex Philip. 5. conijcio.

Falsum. Philip. 14. Vnum ex percussoribus Casaris.

a Ep. 15. lib. 10. & 10 lib. 11.

b Ep. sequenti & sup. ep. 17 & 18. & lib. 11. ep. 10. & 13.

c Ep. 10. lib. 11. d Ne perdatur ipsum etiam nomen cum imperio populi R.

a De Lepido sic Velleius l. 2. Lepidus Pont. Max. in locum Casaris furto creatus, decreta sibi Hispania, adhuc in Gallia morabatur. & Philip. 13.

ter doleo) Antonium turpiter Mutina obsessionem reliquisse, sed habere a equitatum, ac legiones sub signis armatas tres, & P. Vagieni unam, inermes bene multos: b Ventidium quoque se cum legione septima octava, nona coniunxisse: si nihil in Lepido spei sit, descensurum ad extrema, & non modo nationes, sed etiam c seruitia concitaturum: Parmam direptam: L. Antonium alpes occupasse. Qua si vera sunt, nemini nostrum cessandum est, neque expectandum, quid decernat senatus. res enim cogit huic tanto incendio succurrere omnes, qui aut imperium, aut d nomen denique populi R. saluum esse volunt. Brutum enim XVII cohortes, & duas non frequentes tironum legiones, quas conscripserat Antonius, habere audio. neque tamen dubito, quin omnes, qui supersunt de Hirti exercitu, confluant ad eum. Nam in delectum non multum spei puto esse, praesertim quum nihil sit periculosius, quam spatium confirmandi sese Antonio dari. anni autem tempus libertatem maiorem mihi dat: propterea quia frumenta aut in agris, aut in villis sunt: Itaque proximo literis consilium meum expedietur, nam neque deesse, neque superesse reip. volo. maximè tamen doleo, adeo & longo & infesto itinere ad me veniri, ut die quadragesimo post, aut ultra etiam, quam facta sunt, omnia nuntientur. Vale.

ARG. Narrat, in Antonij aduentu quid egerit: & agit gratias Ciceroni quod iniquus de se rumoribus non crediderit.

Pollicitatoria.

M. a Lepidus imp. iterum, pont. max.

s. d. Ciceroni.

34

S I vales, bene est: ego quoque valeo. Quum audissem, Antonium cum suis copiis, praemisso L. Antonio

conio cum parte equitatus, in prouinciam meam
 venire, cum exercitu meo à consiue. te Rhodano ca-
 stris moui, ac contra eos venire institui. Itaque con-
 tinuus itineribus ad Forum Vocontium veni, & ul-
 tra castra ad flumen Argenteum contra Anto-
 nios feci. P. a Ventidius suas legiones tres con-
 sunxit cum eo, & ultra me castra posuit, habebat an-
 tea legionem secundam, & ex reliquis legionibus
 magnam multitudinem, sed inermium. Equita-
 rum habet magnum, nam omnis ex pralio integer
 discessit, ita ut sint amplius b equitum xxx. ita-
 que ad me complures milites & equites ab eo transse-
 runt: & in dies singulos eius copia minuuntur. Si-
 lanus & Culeo ab eo discesserunt. nos, etsi grauitur ab
 his lasceramus, quod c. contra nostram voluntatem ad
 Antonium ierant, tamen, nostra humanitatis, & ne-
 cessitudinis causa, eorum salutis rationem habuimus.
 nec tamen eorum opera uitimur, neque in castra habemus,
 neque illi negotio profecimus. Quod ad bellum
 hoc attinet, nec senatus, nec reip. deerimus. qua postea
 egerimus, faciam te certiore. Etsi omni tempore
 summa studia officii mutuo inter nos certatim con-
 sidererunt pro nostra inter nos familiaritate, & d. pro-
 inde diligenter ab utroque conseruata sunt: tamen.
 non dubito, in tanto & tam repentino motu reip.
 quin nonnulla de me falsis rumoribus à meis obtrecta-
 toribus, me indigna, ad te delata sint, quatuor ani-
 mum magnopere mouerent pro tuo amore in reip. ea
 te moderatè accepisse, neque temerè credendum iudi-
 casse, à meis procuratoribus certior sum factus: qua mi-
 hi, ut debent, gratissima sunt. Memini autem & illa
 e superiora, qua abs tua voluntate profecta sunt ad
 meam dignitatem augendam, & oruandam: qua per-
 petuo animo meo fida manebunt. Abs te mi Cicero,

a Suprà, ep. 17.
 & 38. & ep. 10.
 lib. 11.

b Epistola an-
 tecedenti.

c Imò ex ipsius
 voluntate. us-
 de Dionem
 lib. 46.

d Ep. 4 & 5.
 lib. 3. Proinde
 pro perinde, ut
 etiam apud
 Terentium &
 in his epist.
 saepe.

e Philip. 5.

magnopere peto, si meam vitam, studium, diligentissimè superioribus temporibus in rep administranda, qua Lepido digna sunt, perspecta habes, ut paria, aut eo ampliora reliquo tempore expectes, & proinde tua auctoritate me tuendum existimes, quo tibi plura tuo merito debeo. Vale 12. Cal. Iun. ex castris, ex Ponte

a Argenteum
annem, Pli-
nius nominat
in Gallia Nar-
bonensi.

a Argenteo.

ARG. Antonij recepti causam confert in milites suos dissensionem civium inique ferentes.

Excusatoria.

Lepidus imp. iterum, pont. max. S. D.

S. P. P. L. Q. R.

35

SI vos, liberiq; vestri valetis, bone est: ego quidem valeo Deos hominèsq; restor, P. C. qua mente & quo animo semper in rep fuerim, & quam nihil antiquius communi salute a libertate iudicarem, quod vobis brevis probassem, nisi mihi fortuna proprium consilium extorsisset. Nam exercitus cunctis consuetudinem suam in civibus conservandis, communitque pace, seditione facta, retinuit, meq; tanta multitudinis civium Romanorum salutis atq; incolumitatis causam suscipere, ut verè dicam, a coegit. In qua re ego vos & Velleius, & P. C oro atq; obsecro, ut, privatiu offensionibus omisso, alij prodiderunt, hostis tamen Lepidus iudicatus est. Quòd si salutis omnium ac dignitatis rationem habueritis, raelius & vobis & reip. consulētis. Data 4.

Calend. Iun. à Ponte Argenteo. Va-
lete.

CICE-